

R.3980

B.BE
i
(1)

DISPV TATIONVM
DE INDVLGENTIIS,
ADVERSVS NOSTRAE
TEMPESTATIS HAERETICOS,
ad patres S. concilij Tridentini.

L I B E R V N V S.


In quo, Ecclesiæ Romaniæ Pontificis, ad eas conferendas au-
ctoritas, eiusque auctoritatis antiquissimus usus, cùm sancto-
rum ueterumque Patrum monumentis, tum apertis scripturarum
testimonij afferitur, & Hæreticæ omnes in hac parte calumniæ
refelluntur atque exploduntur.

F. Michaeli Medina Hispano, sacrae Theologia magistro, ordinis Minorum
regularis obseruantia, Theologo Regio AVCTORE.

Accesit quarti articuli symboli Apostolici interpretatio, Eodem auctore.

C V M P R I V I L E G I I S.

Del Colegio de la
S. Pablo de
Compania de Iherosolima
de Granada



VENE T I S,
Ex officina Stellæ, Jordani Zileti, M. D. L. X. LIII.





PERILLVSTRI
AC REVERENDISSIMO
D. Bernardo Fresnedæ

Conchæ Valeriac Episcopo,
Regis catholici Philippi confessario, summo in
utraque Hispania, indulgentiarum sedis
Apostolicæ commissario, &c.

F. Michaël Medina S.



A est nostrorum temporum,
infælicitas pater amplissi-
me, ut non modo singula
quæque Christianæ uitæ fa-
cramenta, quæ Christus hu-
mani generis instaurator &
redemptor, ad antiqui serpentis uenenum pro-
pulsandum, quasi quædam antidota, suo sangu-
ne condierat, idem diabolus per suos Antichri-
stos pessundare moliatur, sed etiam uniuersa

a ij alia

alia remedia peccatorū , quæ ille incredibili sua-
uitate & plusquam paterna dulcedine, ex suo il-
lo sapientiae sacrario deprompta, carissimæ spon-
ſae reliquerat, penitus abolere & extinguere co-
netur. Quod sacrilegum studium, cum in re-
liquis penè omnibus ecclesiasticis usibus, quos
a priori illa rerum Christianarum memoria fa-
crosanctos, & tanquam à Christo auctore acce-
ptos colimus, euertendis, sit ex eorundem tem-
porum scriptis ac historia compertissimum, in
sacras tamen indulgentias, & pœnarum uenias,
quas ecclesia accepta ab eodem potestate, Chri-
stianis hominibus æquis iustisq; rationibus di-
stribuit, summa quadam truculentia ac rabie
desæuit. Nimirum, quòd nihil præter ipsa fa-
cramenta, nobis euangelico sæculo uel excellen-
tius uel ad suas uires & imperium deprimendum
efficacius, hac potestate tributum uideat. Nam
cum diaboli in hominum genus potestas, non
modo per peccatorum obligationem, dum cul-
pæ mortalis scelere à Deo deserti, sub eius im-
perio constituimur, propagetur, sed etiam per
pœnarum ex peccato remanentium reatus, dum
saltem adhuc, ad earum expiationem, & pecca-
tores suis carceribus detinere, & aliquandiu in
eos crudelissimum tortorem agere molitur, per

sacra-

sacramento quidem scelerum nostrorum culpas
detergimus, per ecclesiasticas deinde indulgen-
tiarum claves, aut nobis pœnæ cruciatusq; quo
rum reatus contraxeramus, condonantur, aut
ecclesiastici thesauri ualore compensantur. Hac
itaque de re, cum perfecta iam septem sacra-
mentorum tractatione, sancta Tridentina syno-
dus, Christianis populis ea maturitate atq; præ
consultatione, quam erga reliqua omnia chri-
stiana dogmata præstítit, doctrinam traditu-
ra esset, neque ob rerum, tum in fide, tum in
morum reformatione grauissimarum multitu-
dinem, & temporis breuitatem, locus publicis
Theologorum disputationibus daretur, proin-
deq; ab eiusdem sanctæ synodi Apostolicis Le-
gatis decretum esset, ut omnes, scriptis, suos hac
in parte animos, atque sententias representa-
rent, ego inter multos grauissimos & doctissi-
mos uiros, quibus hæc prouincia demandata fue-
rat, libellum hunc manu scriptum, quo men-
tem meam proderem, exhibui: in quo quantum
per breuissimi temporis angustiam licebat, in-
dulgentiarum exhibendarum potestatem, non
fictitiam, sed euangelicam & planè à Christo
ingenti quoddam hominum beneficio traditam,
eiusq; deinde usum, nequam nouitum, ut
hæretici

hæretici calumniantur , sed primis illis ecclesiasticis sæculis , tum Romanis Pontificibus , tum reliquis ecclesiasticis pastoribus usurpatum , non sine apertis ac aptis scripturarum locis , iustisq; rationibus persuadere contendo . Quod utrum ego efficaciam , tu præsul præstantissime protua singulari eruditione ac sapientia , dijudicas . Nam præter instituti communis nunquam contemnendum uinculum , singularemq; benevolentiam , ac maxima beneficia , quibus me mea quæ studia semper prosecutus es , quæ id suo quoddam iure postulare uidebantur , cum Venetiis , post eiusdem conciliij finem , gratia aliorum meorum scriptorum , quæ iam prælo mandaueram ; constitutus , hunc quoque libellum typis tradere , animum instituisse , neminem præter te unum habui , cui hic quantuluscunq; meus labor potioribus rationibus conueniret . Cum præter ingentes alias dignitates , quibus te rex Catholicus Philippus cumulauit , summum etiā indulgentiarum Pontificaliū (cruciata m uocat) per uniuersas Hispaniæ prouincias , præfectum aut commissarium eiusdē sedis apostolicæ præcepto atque iniunctione agas . Vale Venetiis Idibus Martiis an. Dom. M. D. LXIII.

Totius huius libri perioche.

Vniuersam hanc de ecclesiasticis indulgentiis tractationem , in nouem disputationes distractimus , quas deinde uitandi tædij causa , per capita partiti sumus .

Prima disputatione , quoniam id totius operis fundamentum esse uidebatur , scripturæ sancte testimonitis , sanctorum patrum documentis , ecclesiastica doctrina ac rationibus ab ipsa iustificationis natura derivatis , ostendimus post exclusam per legitimam poenitentiam , mortalis peccati culparum , & que illi coniuncta est , æternam poenam , adhuc aliquos poenarum temporaliū reatus , hic aut post mortem , ante adoptionem felicitatis lucens supereffe .

Secundâ , quoniam erant inter aduersarios , qui licet has poenas luendas supereffe , non diffiterentur , eas tamen ante perfectam earum tollerantiam , condonari & indulgeri posse inficiarentur , contrarium , & scripturæ locis patrum doctrina & rationibus demonstramus .

Tertiâ , quibus rebus mediis , hos poenarum reatus possumus anteuertere , ex eisdem locis patefacimus . Ostendimusq; indulgentiarum susceptionem unam esse ex his .

Quartâ , indulgentie nomen exponimus , diffinitionem aperimus , effeq; in ecclesia hoc poenarum exuendarum medium ab apostolicis sæculis , in omnib; Christianorum memoria usurpatum comprobamus .

Quintâ , tum expresso Dei uerbo , tum ueteri ecclesiastico usu ostendimus , donandarum ueniarum siue indulgentiarum , esse à Christo ecclesiæ traditam potestatem , omnesq; aduersiorum rationes & argumenta disiçimus .

Sextâ , hanc potestatem in omnibus Apostolis , eorum successoribus Episcopis communi quodam modo , in Petrouero Romanoq; Pontifice , excellenti quodam ratione sitam esse , ex eisdem locis persuademus .

Septi-

Septimā, hanc ecclesiasticam potestatem non in uiuos modo, sed in defunctos pios quoque, non tantum per modum suffragij, ut quidam opinantur, sed per modum quoque potestatis extendi comprobamus.

Ottauā, quo pacto uel Romani Pontifices uel Episcopi, in uiuos aut defunctos indulgentias distribuunt, multorum auctorum scholasticorum ex amminatis opinionibus: aperimus, simulq; scripturis, patrum testimonis, ecclesiastica doctrina, &c. esse in ecclesia spiritualem quandam ex Christi sanctorumq; meritis coactum thesaurum conuincimus.

Nonā, potissimas, quasq; quas uel nostra uel precedenti memoria in indulgentiarum usum rationes armarunt aduersarij sinceræ fidei, expendimus, & proculcamis.



R E R V M A C V E R B O R V M

INDICEM OPTIME LECTOR PER

TEMPORIS ANGSTIAM CONDERE NON
licuit: accipe igitur capitum, qua omnibus nouem dispu-
tationibus totoque proinde hoc libro continentur,
elenchum, quo saltē, qua materia, quoque
loco trahentur cognoscas.

Primus numerus caput, secundus folium indicat.

D I S P V T A T I O P R I M A .

Probatur utriusque testamente scripturis, remanere in homine, post acquisitam iusticiam, temporarias quasdam poenas, hic per opera piz, aut post mortem luendas, neque omnes in ipso iustitię aduentu, ut hæretici docent, reatus aboleri. cap. 1

fol. 3

Per suadetur idem & aliis scripturæ locis. cap. 2

9

Idem ostenditur sanctorum patrum testimonis. cap. 3

11

Idem probatur ex ecclesiastica disciplina de pœnitentia. cap. 4

13

Per suadetur idem rationibus à natura ipsa sumptis. cap. 5

14

D I S P V T A T I O I I .

Quod hæc pœna ex peccato post iustificationem remanens, ante tempus à iustitia diuina præfixum, sit condonabilis, & quibus argumentis Lutherus contraria sententiam persuadere concut. cap. 6

15

Expenduntur & proterūntrur Lutheri contraria rationes. cap. 7

16

D I S P V T A T I O I I I .

Qubus medijs, pœnas satisfactorias diuinitus præstutas atque prædestinatas, impeditre & anteuertere possimus. cap. 8

17

Punitiones extraordinariae que dicantur. cap. 9

18

Pœnas ordinariae que sint. cap. 10

19

D I S P V T A T I O I I I I .

De eo genere cōpensationis iuste, que fit ex alieno. Traditur deinde nominis I N D V L G E N T I A, explicatio ac diffinitio. cap. 11

21

Probatur tum Apostolica, tum sanctorum patrum monumentis, tum ecclesiasticorum conciliorum traditionibus, indulgentias esse in ecclesia.

22

cap. 12

Pœnarum indulgentias sive relaxationes, non modò sive earum, que iam ecclesiastica disciplina illata fuerant, sed earum etiam, que irrogari propter peccata debuissent. cap. 13

24

Expenduntur & reueluntur Caetani rationes, quibus probare nititur, indulgentias tantum de impositis pœnitentiis tribui. cap. 14

29

D I S P V T A T I O V .

Quod Christus, tribuendi uenias peccatorum sive indulgentias, ecclesiæ po-

testatem reliquerit, & quo loco. Proponiciturque deinde de ea re Ioannis

b Rofen-


Rofensis sententia . cap. 15	42
Quorundam in Rofensis sententiam obiectiones diluuntur . cap. 16.	46
Conuellitur Rofensis sententia . cap. 17	48
Explicantur sex potestates à Christo erga peccatores institutæ . cap. 18.	48
Colligitur ex præcedent doctrina , indulgentiæ poenæ peccatis diuinis attributas , ecclesiæ potestatem à Christo do natam fuisse . cap. 19.	50
Quod Petro à Christo , Matthæi 16. potestas indulgentiæ poenæ peccatorum in confessionis præmium tributa quoque fuerit . cap. 20	51
Diluuntur que in hanc sententiam fieri possunt obiectiones . cap. 21	55
Probatur Petrum in totum orbem , sicut imperium , ita etiam condonandi poenæ peccatorum potestatem accepisse . cap. 22	56
Probatur eadem potestas indulgentias conferendi ex ueteri ecclesiastica doctrina & consuetudine , sanctorumque patrum monumentis . Et primo ostenditur eisdem ex locis , fuisse in ecclesia usum imponendi pænitentias ad satisfactionem peccatorum . cap. 23	61
Ostenditur ex hoc ecclesiastico usu atque doctrina , esse in ecclesia potestatem donandi indulgentias . cap. 24	63
Potestatem indulgentias poenarum conferendi , non ciuilem sed sacram esse , neque tantum in externo foro poenæ relaxare , sed uerè in diuino iudicio . cap. 25	64
Persuadetur eadem potestas indulgentias conferendi rationibus à Christianæ religionis natura ac proprietate deriuatis . cap. 26	67
D I S P V T A T I O V I .	
Quod hæc triuendi indulgentias potestas in omnibus ecclesiasticis pastori bus , sed in Romano Pontifice excellenti quadam ratione ac modo sita sit . cap. 27	68
Simplices presbyteros nullam indulgentias conferendi potestatam accepisse . cap. 28	69
Discutitur an prouinciales aut generales ordinum religiosorum præfeci , potestate conferendi indulgentias prædicti sint . cap. 29	71
Quatenus Episcopalis conferendi indulgentias potestas pateat . cap. 30	72
D I S P V T A T I O V I I .	
Quæ nam sit clauium indulgentiarum , siue ecclesiastice potestatis indulgentias triuendi materia . cap. 31	74
Au indulgentiarum conferendarum potestas ad animas piorum purgatorio detentas protrahatur , & quid de hac re hæretici nostræ tempestatis docuerint . cap. 32	75
Demonstratur sanctæ scripture locis , ecclesiasticum concedendi indulgentias animabus purgatorij usum , legitimum esse ad eumque exercendum à Christo reliquam potestatem . cap. 33	76
Ostenditur dictiōnem S V P E R T E R R A M , non uiuorum tantummodo imperium denotare , sed ad ad purgatorium quoque extendi . cap. 34	77
Ostenditur idem , rationibus à natura Euangelicæ religionis ductis . c. 35	80
Diluuntur Lutheri aliorumque argumenta , quibus contendunt , ecclesiasticā potestatem de conferendis indulgentiis , ad defunctos non protrahi . cap. 36	84
Quod	

Quid potestas ecclesiastica , quæ ad animas piorum ignibus purgatoris cruciatas propagatur , tantummodo Petro ac eius legitimis successoribus ; Romanis Pontificibus à Christo commissa fuerit . cap. 37	89
D I S P V T A T I O V I I I .	
Discutitur ea quæstio an indulgentiæ per modum auctoritatis , an uero per modum auxilij aut suffragij , suscipientibus conferantur . Proponunturque in hac parte variæ Theologorum sententiæ . cap. 38	91
Proponuntur aliorum Theologorum sententiæ . cap. 39	92
Auctoris sententia proponitur . cap. 40	93
Proponitur iterum auctoris sententia ac iudicium in hac parte . cap. 41	97
Trium ecclesiasticorum temporum in triuendis indulgentiis differētia , unde oriretur . cap. 42	100
Probatur sanctæ scripture locis , esse in ecclesia spiritualem quandam satisfactionum thesaurum , quo per Pontificis applicationem , poenarum reatus compenserentur . cap. 43	103
Ostenditur idem ex ipsa bonorum operum natura . cap. 44	105
Non omnia opera iusta duplēcē ualorem , merendi & satisfaciendi , possiderē . cap. 45	107
Diluuntur aduersariorum rationes , quibus ecclesiasticum thesaurum uertere moliuntur . cap. 46	109
Thesaurum ecclesiasticum dispensare ad solum Petrum eiusque legitimos successores pertinere . cap. 47	113
D I S P V T A T I O V I X .	
Dissipantur hæreticorum argumenta , quibus in indulgentias uel nostra uel præcedenti memoria , imperium fecerunt , simulque ex difficultates , quæ ex illis emergebant , elucidantur . cap. 48	115

DEC R E T U M D E I N D V L G E N T I I S,
publicatum die secunda, Sessionis ultime Tridentinæ sub sanctissi-
mo D. N. Pio IIII. Pont. Max. die 4. Decembris
M. D. L X I I I.



V M potestas conferendi Indulgencias, à Christo, Ecclesia concessa sit: atque huiusmodi potestate, diuinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus, illa usq; fuerit: sacrosancta Synodus, indulgentiarum usum, Christiano populo maximè salutarem, & sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in ecclesia retinendum esse docet, & præcipit, eosque anathematice damnat, qui, aut iniutes esse afferunt: uel eas concedendi, in ecclesia potestatem esse negant. In his tamen concedendis, moderationem, iuxta ueterem, & probatum in ecclesia consuetudinem, adhiberi cupit: ne, nimia facilitate, ecclesiastica disciplina eneretur. Abusus uero, qui in his irrepserunt: & quorum occasione, insigne hoc Indulgenciarum nomen, ab hereticis blasphematur: emendatos, & correptos cupiens: præsenti decreto generaliter statuit: prauos quaestus omnes, pro his consequendis (undè plura, in Christiano populo, abusum causa fluxit) omnino abolendos esse. Ceteros uero, qui ex superstitione, ignorantia, irreuerentia, aut aliunde: quomodounque prouenerunt: cùm ob multiplices, locorum, & Provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas, commodè nequeant, specialiter prohiberi: Mandat omnibus Episcopis, ut diligenter quisque, huiusmodi abusus ecclesia sue colligat: eosque in prima Synodo Provinciali referat: ut aliorum quoque Episcoporum sententia, cogniti: statim ad summum Romanum pontificem, deferantur: cuius auctoritate, & prudentia, quod uniuersali ecclesiae expedit, statuatur: ut ita sanctorum indulgentiarum munus, piè, sanctè, & incorruptè, omnibus fidelibus dispensetur.



D I S P U T A T I O N U M

D E I N D V L G E N T I I S A D V E R S V S N O S T R A E T E M P E S T A T I S H A E R E T I C O S, ad Sancti Concilij Tridentini patres.

L I B E R V N V S,
F. M I C H A E L E M E D I N A H I S P A N O,
Ordinis Minorum, regularis obseruantæ,
& Theologo Regio AVCTORE.

P r æ f a t i o .



N T E R cætera ecclesiastica dogmata, quæ seditioni spiritus & Christianæ doctrine ueterisque religionis peruersores nostra Patrum; memoria, demoliri contendunt, ILLV-
STRISS. LEGATI, PATRES SAN-
CTISSIMI, illud cum primis numeratur, quod

A iam

Præfatio:

iam à ueteri memoria docet ecclesia, quasdam esse condonationes peccatorum, id est, remissiones pœnaru[m] temporalium, ex iustificatione nostriq[ue] cum Deo reconciliatione, reliquarum, extra sacramentum, quas recentiori, sed apto nomine indulgentias appellamus: quod nimis diuina misericordia sui potius quam nostrorum laborum, quos pro illis pœnis diluendis iustitia postulante, spontanei subire tenebamur, rationem habens, per ecclesiasticas claves, ex copioso illo redemptionis thesauro, easdem pœnas compensatas, clementer indulgeat. In qua parte, non minus quam in reliquis dogmatibus, quæ diabolo agente suscitarunt, in uiuos & defunctos sunt sacrilegi. neque enim satis illis erat, uiuorum satisfactiones mortuorumq[ue] suffragia ē medio sustulisse, quibus Christi sanguine delibutis, & eius prætio ualoreq[ue] suffultis, utcumque pœnas eas per iustitiam compensaremus, nisi etiam modum, quem diuina misericordia dulcissimè excogitarat, nostrisq[ue] temporibus, quibus tantopere priorum bonorum operum penuria inualuit, peculiari quadam prouidentia conseruarat, pœnitius abolere conarentur. ut nimirum, neque iustitia, quam in Christo habemus, neque eius misericordi clementiæ munificentia frui possimus: quæ duo ingenti studio in omni Christianæ pietatis memoria, pater hæreticorum omnium

&

Præfatio.

2

& magister diabolus, nobis inuidit.

Itaque primum omnium, *V*audenses hæretici ante aliquot sœcula, in sacras indulgentias irruptio[n]em fecerunt, docentes, Romanum Pontificem nullam habere potestatem concedendi indulgentias, atque adeo eas quas aliquando concessisset, uanas esse nulliusq[ue] momenti.

Idemq[ue] docuisse memorant, Ioannem quendam de *V*uesalia. quos deinde Ioannes *V*inculus, *H*ieronymus *P*ragensis, Ioannes *H*us, reliquiæ eius sœculi Septentrionales hæretici, sicut & in cœteris hæreticis dogmatibus, per omnia imitati, uanum stultumq[ue] esse dicebant, Papæ indulgentias credere. *M*artinus tandem *L*utherus, nostrorum temporum hæresiarches, contra bullam Leonis *X*. Pont. *M*ax. scribens, cum prius indulgentias pias fraudes fidelium appellasset, tandem hæretica consuetudine in apertam procacitatem prorumpens, quod prius minus male dixerat, reuocans, impiissimas imposturas sceleratissimorum Pontificum, incredibili in uercundia pronunciat, quorum omnium hæreticam petulantiam libertatemq[ue] dicendi, hac disputatione non profecto satis ab ecclesiasticis auctoribus culta, auctore Deo, eo uerborum compendio, quo poterimus sumus repressuri.

Quoniam uero cum hæreticis hominibus mo^ros si^rrofissi

Qui hæretici indulgentias aggressi fuerunt.

Præfatio.

*Disputandi
ordo atque
ratio que
in his dispu-
tationibus obseruan-
tur.*

*Totius ope-
ris parti-
tio.*

rosissimis agimus, quicquid indulgentias scholasticorum auctorum inuentum esse calumniantur, nihil hic ex eorum doctrina producemos, sed tantum sacræ scripturæ campum, sanctorumq; Patrum uastissima scripta, (ad quæ duo cuncta sunt exigenda; etiam scrupulosissimis quibusq; hæreticis concetratoribus) certaminis locum & arma nobis in hac parte præscribi, non detrectamus. Quanquam quidam, etiam ex nostris scriptoribus, nescio quare ratione, adeò huic causæ diffidere uidentur, ut pauca ex ijs duobus fontibus, quos tuntum hæretici in hac parte desiderant, posse peti, operum suorum initio præmoneant. Quæ res potius mihi caussam prodere, aduersarijsq; animos augere, quam indulgentias protegere & propugnare uidetur. Est autem hic in his disputationibus nobis ordo seruandus, ut prius è sacris scripturis, deinde ex veterum Patrum monumentis, tertio rationibus ab ijs duobus deriuatis, quo ad fieri poterit, quæcumque dixerimus, confirmemus. tunc enim ecclesiastica doctmata, uel hæreticis ipsis, firma ualidaq; esse uidebuntur, cum ea & sanctæ scripturæ, & sanctorum auctorum doctrinæ, rectæq; rationi conformia ac confona esse cōprobabuntur. Nouē autē partibus seu articulis, tota disputatio nostra continebitur. Primo loco ex sanctis scripturis, sanctis Patribus,

uali-

Præfatio.

3

ualidisq; rationibus, probandum est remanere pœnas quasdam temporarias post culpæ remissionem: neque simul cum culpa omnem pœnam condonari. Secundo, ex eisdem fontibus suadendum est, has pœnas post culpæ remissionem remanentes ante tempus à iustitia præfixum, aliquando nobis condonari & indulgeri. Tertio, indicabimus media à divina prouidentia nobis præstituta, hanc condonationem consequendi. Quarto, unum ex iis mediis esse indulgentiarum sacrarum susceptionem demonstrabimus. Quinto, esse in ecclesia condonandi pœnas temporarias, siue tribuendi indulgentias, à Christo relataam potestatem, ostendemus. Sexto, eam potestatem in episcopis communi ratione, in Romano autem Pontifice excellentiori quodam modo sitam esse, aperiemus. Septimo, eundem Rom. Pont. per hanc potestatem non modo uiuis sed mortuis quoque hominibus impurgatorio detentis, posse pœnas temporarias peccatorum condonare, planum faciemus. Octauo esse in ecclesia non modo ex Christi, sed Sanctorum quoque meritis aggestum thesaurum, coniuncemus. Nono. tandem aduersariorum rationes & argumenta, quibus ab ecclesiastica in hac parte, fide discesserunt, quantum urgeant, quantasq; uires habeant, examinabimus.

Probatur



Probatur utriusq; testamenti scripturis, remanere in homine, post acquisitionem iustitiam, temporarias quasdam pœnas, hic per opera pia, aut post mortem luendas, neque omnes in ipso iustitia aduentu, ut hæretici docent, reatus aboleri. Cap. I.



ED ad primum iam accedamus, quod quāmuis in hoc sacro concilio iam oīni aduersus nostræ memoriaræ hæreticos decretum fuerit, non est nobis tamen uicio uertendum, si hic, ubi contra eosdem hæreticos, quibus ludibrio sunt semper sanctorum conciliorum decreta, decertamus, idem repetamus, ipsa materiæ, quæ id tanquam fundamentū supponit, necessitate compulsi. Vniuersi enim hæretici, qui in indulgentiarum sacrarum ecclesiasticū usum grassantur, hoc quasi unico fundamento connituntur, quod post peccatoris reconciliationem, gratiamque cum Deo refarcitam, nullum debitum pœnarum maneat, sed omnia delicta batismali more, cum ipsa culpa condonentur. Sic enim Vuiclefus & Vualdenses colligebant, Cum ipsa culpa pœna quoque omnis indulgetur, non igitur est purgatoriū; & deinde, ergo non est opus indulgentiis, quibus pœnæ purgatoriæ compensentur. Lutherus uero ita arguit. Fides hominem Deo reconciliat, omnemque culpam cum pœna condonat, non est igitur opus indulgentiis, quibus reliquæ ex peccato pœnæ compensentur. Nos igitur qui indulgentiarum usum propugnandum sumimus, alia ratione inire disputationem non possumus, quām si prius eorum fundamentum, cui tantopere fidunt, subuertamus & ē medio auferamus.

ITAQYE, non simul cum culpa Deique offensione, pœnas omnes peccatorum indulgeri, sed post condonatam culpam pœnamque sempiternam, quæ Dei inimico debebatur, quasdam

quasdam temporarias pœnas, ut docet ecclœsia, postmodum luendas, permanere, non tantum utriusque testamenti scripture, sed & sanctorum patrum eiusdem scripture con fultissimorum scripta, ecclesiastica deinde communisque doctrina, & communis rationis sensus, adeò aperte docent, ut non mirari nequeam, quo pacto hoc abullo hæreticorum, præsertim eorum, qui se se solius scripture alinos profitentur, negari potuerit: cum nihil sit, præsertim in ueteri testamento, frequentius, quām Deum, etiam post grauissimos dolores & pœnitentiam, pœnas quasdam à peccatoribus temporariasp; afflictiones exegisse. Enim uero Adā primū humani generis parentem, post peccatum suum in Dei gratiam amicitiamque rediisse, negare non possumus, Sic enim de illo docet Spiritus sanctus, de ipsa Dei sapientia loquens. Hæc illum, qui primō formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit & eduxit à delicto suo. A' delicto, Profecto nemo mortalium educi potest, nisi factus Deo amicus & gratiosus, is uero quantas pœnas & quām graues postea luerit, quāque atroces peccati punitiones diuinitus inflitas acceperit, liber Genesis docet. Maledicta, ait ad eum dominus, terra in opere tuo, in laborebus cōmedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi, & conimedes herbas terræ; in sudore uultus tuis uesceris pane tuo &c. Heu uero, quæ sicut in lege diuina uiolanda fuit socia, ita quoque eiusdem pœnitentia non est credenda expers. Multiplicabo, inquit, conceptus tuos, & erumnas tuas, in dolore paries filios tuos, & sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. & demum uterque, & habitatione paradysti, & filiorum dissidio, alteriusque parricidio mullatur. Cainum deinde sui peccati pœnituisse, multis uerbis Hieronymus, nec sine scripture ipsius fundamento comprobare contendit. Neque iniuria, Verba enim illa, MAIOR EST IN I QVITAS M E A, In epistola ad Damas-
QVAM VT VENIAM MEREAR, potius pœnitentiam ad Damas-
sum. quæ desperationem insinuare uidentur: sunt enim uerba agnoscentis grauitatem peccati, non item desperantis. Nec satis uideo quod pacto ex hoc loco, ea opinio innoluerit,

quæ

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

quæ Caino desperationem impigit, dicentium, his uerbis innui, eum sensisse suam iniquitatem, siue peccatum adeo ingens esse, ut superaret Dei misericordiam & potentiam ad remitendum. Iij iudicio meo, non modò à uulgata editione differunt, sed à septuaginta interprætibus, & quod maius est, ab exemplari Hebraico. Septuaginta sic eum locum interprætatur μέγοντα την τε φρεγών με, idest, maior est causa mea, quam ut remitenda mihi sit, quibus profectò uerbis de suis méritis, de causæque grauitate, non item de Dei bonitate aut potentia diffidit: quæ diffidentia tantum abest ut peccatum in Caino fuerit, ut potius ad ueram pœnitentiam necessaria uideatur. Textus autem Hebraicus sic habet. קָשָׁרְתִּי כָּלַדְתִּי, id est, maior est iniquitas mea, quam ut ego tolerare, sustinere, portare, aut pati possim, quæ certè uerba solam peccati atrocitatem suique ad eam compensandam, si secum iustitia & non misericordia sit agendum, imponentiam ostendunt. Neque uero quicquam obest, quod apud Iudam, hi, qui in iuiani Cain abierunt, coarguuntur; quoniam ibi non non finalis ex hac uita migratio, sed ipsu homicidium in fratre preperatum, more scripturarum, quæ peccata aut uirtutes uias peccatorum uel iustorum appellant, uia vocatur. Eos enim in Cain uiam abiisse inteligit, qui per homicidium in proximorum uitas crudeles extiterunt: quem locum & in epistola canonica priori Ioannes usurpat. Et non sicut Cain, qui ex maligno erat & occidit fratrem suum, & propter quid occidit fratrem suum? & propter quid occidit eum? quia opera eius maligna erant, fratris autem iusta. Enim uero eo pacto dicit Cain ex maligno esse, quo iustos ex Deo, ergo quemadmodum quando ait iustos ex Deo esse, non definali prædestinatione aut de omni uitæ tempore, sed præsentis temporis iustitia loquitur, (fieri enim potest ut qui modo iustus est, non sit semper iustus, immò quod tandem damnetur,) ita cum Cainum ex maligno dicit fuisse, id non definali reprobatione, sed de eo tempore, quo parricidium designauit est adcipiendum. homicidium enim ex maligno, idest, ex diabolo suggestore, aut ex maligno, idest, ex prauo animo fuit deriuatum. Et

denum

*in Inde
epistola.*

1. Ioan. 3.

Disputatio prima.

5

denum Cainum in Dei gratiam rediisse, ea uerba quæ his statim connectuntur, ostendunt. Ecce, inquit, eicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero uagus profugus in terra. omnis igitur qui uiderit me, occidet me, Dixitque Dominus, Nequaquam hoc fiet, sed omnis, qui occiderit Cain seuplum punietur, posuitque Dominus in Cain, signum, ut non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum. Hæc profectò uerba non Dei in Cain iracundiam, sed potius misericordem prouidentiam denotare uidentur. Quo uero pacto punitus fuerit, post hanc pœnitentiam, eadem scriptura docet, dum eum & exilio & morte multatum ostendit. Moses cuius tanta erat apud Deum gratia, ut ad eum loqueretur, quasi homo ad amicum suum, cùm simul, cum Aarone ad aquas contradictionis peccasset, antequam terram promissionis ingrederetur, morte punitur: idemque Aaroni accidit. Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non enim intrabit terram, quam dedi filiis Israel, eò, quod incredulus fuerit ori meo, ad aquas contradictionis. tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. Cum nudaueris patrem ueste sua, indues eam Eliazarum filium eius; & Aaron colligetut & morietur ibi. Maria Aaronis soror, Mosi cum detraxisset, dicens, Num per solum Mosem loquutus est Dominus? lepra percutitur, neque orantibus pro illa Mose & Aaron, nisi post septimum diem, extra castra purgatur, cum tamen ex diuino colloquio, simul cum fratre resipisset, sequè stultè egisse ingenuè fassa esset. nam cum lepra serpere capisset, Obsecro (inquit Aaron, non solum pro se sed pro illa etiā orans) Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus, ne fiat hæc quasi mortua. Filij Iacob, uenditi fratris pœnas adeo acerbè luunt, ut Ruben primogenitus reliquis diceret, Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. nec tamen est credendum, eos tam atrocis sceleris pœnitentiam non egisse. Heli fæcerdos, cùm audisset à Samuele, se ob negligientiam à Deo puniendum, patienterque respondisset, Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat, quæ uerba profectò, non sunt obstinati peccatoris, sed uiri iustissimi,

*Deut. 34.
Num. 20.*

Num. 12.

Gen. 37.

1. Reg. 3.

B nihil

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

nihilominus tamen , post filiorum internectionem , ipse quoque morte multatur . Saul , totius Israelitici populi à Deo electus princeps , cum contra diuinum præceptum Agar regem Amalech multamque prædam post uictoriā seruasset , multis persecutionibus & afflictionibus actus , tandem post filiorum necem , & uita simul & imperio priuatūr : cum tamen prius per summum dolorem & animi pœnitūdinem , à Samuele correptus , culpam agnoscens , dixisset ,

^{1. Reg. 15.} Peccauī , præuaricatusque sum sermonem Domini . Dauid quoque homo Deo gratissimus , cum deiecto Saule , in Regij Throni fastigium fuislet assumptus , & per summam iniuriam Vriæ Hethæ uxorem abstulisset , coargutusque à Nathane propheta , suum scelus agnoscens , dixisset , Peccauī Domino , illeque respondisset , ab eo iam pœnitentia uitute , traslatum peccatum , id est , sibi remissum , tamen non modo filio ex adulterio genito , multatur , sed insuper ab eodem sancto propheta audit , Hac dicit Dominus Deus Israel , non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum , eo , quod despiceris me & tuleris uxorem Vriæ Hethæ , ut esset uxor tua . ecce ego suscitabo super te malum de domo tua , & tollam uxores tuas in oculis tuis , in oculis filij huius , &c.

^{2. Reg. 11.} Q uod uaticinium , deinde domesticis filiarum & uxorum stupris , filiorum fratricidiis , propriaque ab eisdem persecutio ne , uerum esse cognouit . Idem etiam cum semel Israelitico populo contra Dei uoluntatem numerato , sceleris commissi pœnitudine ductus , dixisset , Peccauī in hoc facto , sed precor Domine ut transferas iniquitatem serui tui , quia stulte egi nimis , &c. postea tamen luendi fascinoris commissi gratia , trium grauissimorum flagellorum diuinitus accipiens optionem , tandem septuaginta millium popularium interitu , grauissima pestilentia punitur . Azarias , cætera rex optimus , quod tamen contra Mosaicum institutum , incensum obtulerit , post pœnitentiam (ut par est de uiro

^{2. Par. 26.} alias aptimo credere) lepra percutitur , & tandem extra ciuitatem usque ad morteni , more leprosorum proiicitur . Rex iustissimus Ezechias , cum missis ab rege Babylonis legatis , thesauros contrà Domini uoluntatem patefecisset ,

ab

Disputatio prima.

6

ab Isaia propheta grauissimè reprehenditur , proindeque de peccato dolens , ab eodem sancto profecta audit , Ecce dies uenient , & auferentur omnia , quæ in domo tua sunt , & quæ thesaurizauerunt patres tui usque ad diem hunc , in Babylone , &c.

^{I. sa. 39.}

Quam comminationem , huius sanctissimi Regis & iustitia & uirtute promerente , non ipse sed eius filius Manases , propriis quoque delictis adiunctis , in Babylonem ductus , ueram redidit . Puniuntur enim quandoque delicta parentum in filiis , iuxta illud , Ego sum Deus Zelotes , uindicans iniquitatem patrum , in tertiam & quartam generationē , eorum qui oderunt me . Simile etiam Achab regi Israel contigisse , refert regum historia . Is itaque cum

^{2. Par. 33.}

diuina per sanctum prophetam Eliam comminationis terrore percitus , sceleris in Naboth commissi , in cinere & cilio pœnitentiam egisset , in filiis tamen atque tota sobole sub inde punitur ; Quia igitur (inquit Dominus) humiliatus est

^{3. Reg. 21.}

mei causa , non inducam malum in diebus eius , sed in diebus filii sui inferam malum domui eius . Enim uero Dei causa humiliari , non est aliud quam conscientia exulcerante , de peccato dolere , Deum autem sui causa humiliato , parcerre & culpam condonare , scripture testatur , Cor , inquit Dauid , contritum & humiliatum Deus non despicies . Et rurus . Ad quem respiciam , nisi ad pauperculum & contritum , & timentem sermones meos . Remisit itaque Achab

^{Psal. 50.}

Dominus culpam propter pœnitentiam , sed eius scelera , in filiis & tota sobole punienda seruantur . Nabucodonosor rex Babylonis , ob præcedentia grauissima , præsertim in Dei populum commissa , peccata . Cum propheticō insomnio monitus , eius interpretationem à Daniele accepisset , ab eodem consilium quoque habuit ,

^{I. sa. 66.}

Quamobrem rex consilium meum placeat tibi , peccata tua eleemosynis redime , & iniquitates tuas misericordiis pauperum , forsitan ignoscet Deus delictis tuis . Iam cum solo uero cordis dolore (aut ut Hæretici uolunt) sola fide , peccata purgantur , enim uero sanctum prophetam de culpæ remissione , hoc consilij tribuere , non est uero simile : potius enim eundem ad lacrymas &

^{Dan. 4.}

B ij singultus ,

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

quæ exterius dolorem denotarent, quām ad elæemosynas; quæ per se sine cordis legitima pœnitentia nihil pro sunt, hortaretur. Q uod si fide sola, ut aduersarij docent, peccata diluuntur, adhuc potius ad fidem, si de iustificatione consilium tribueretur, quām ad eleemosynarum largitionem, eum prouocasset. Sciebat enim uerum esse quod docet Apo-

1. Cor. 13. stolus, Si tradidero omnes facultates meas in cibos pauperum, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Non igitur eleemosynis, redimendas dicebat sanctus propheta culpas & Dei inimicitias, sed pœnarum reatus, qui in peccatore facta iam iustificatione perseuerant. Idemque iudicium esto de Christi consilio, Veruntamen quod supereft, inquit, date elæemosynam & ecce omnia munda sunt uobis. non quidem quòd Christus, ut quidam nostra memoria cogitarunt, eleemosynis & liberalitate in pauperes, uelit peccata, quo ad culpas purgari, sed quòd pœnas, quæ facta iustificatione supersunt, inter cætera satisfactionis opera eleemosynæ compensent.

Luc. 11.

*Erasmus
in annota-
tionibus*

*Lutheri
Fuga.*

A T, aiunt hæretici, cunctæ illæ pœnæ, quæ istis peccatoribus post culpæ remissionem diuinitus infliguntur, sunt diuina flagella & correctiones, nequaquam in peccatorum potestate sitæ, non igitur sunt peccatorum satisfactiones; nemo enim per ea, quæ prorsus uitare & declinare non potest, alteri satisfacit, satisfactio enim debet esse, non quæcumque pœna, sed uoluntaria & liberè assumpta.

R E S P O N D E O primùm, falsum esse, neminem per ea, quæ declinare nequeat, posse satisfacere, latro enim aut homicida in scélere depræhensus, per mortem, quam prorsus euadere nequit, iustitiæ ciuili & fortasse diuinitæ satisfacit, quoniam nulla amplius à magistratu illi pœna indicitur. sic etiam pari modo, quileges diuinæ uiolat, per pœnas à diuina iustitia infictas, quas nullo pacto declinare ualeat, eidem iustitiæ satisfacit. Deinde in hac parte, non quærimus, an sit illa pœnarum exæctio, satisfactio pro peccatis admisisse, sed an uerum sit (quod tamen tantopere apud se decreuerunt aduersarij) remissa culpa, omnem quoque perinde pœnam condonari. Nam si post culpam renissam & cum Deo amicitiam

Disputatio prima.

amicitiam resarcitam, Deus homines flagellis afficit, profectò cum non sit iniustus, iustè hoc agere censendus est: hoc autem cogitari nequit, si cū culpa, pœna quoque uniuersa condonata fuerit. Is enim, cui & pœna simul cum calpa demissa esset, uerissima ratione censandus esset innocens: in innocentem autem aut innoxium hominem, Deum pœnas ultrices contorquere, iustitia non permittit. Q uod si omnino, in innocentem pœnas decerni, iustè posse, hæretici contendant, quemadmodum olim in Iob, nequaquam tamen ad eadem peccata punienda, quæ prorsus sunt condonata, illæ pœnæ deseruient; sed uel ad eadem præuenienda, aut ad meritorum cumulum, aut ad tentationē, &c. quemadmodum de Abraham, Iob, & similibus, si qui fuerunt alij præclara iustitia uitæque innocentia homines, quos diuinitus afflictos accepimus dicere solenius. Itaq; nullo pacto flagella huiusmodi, iam innocentium hominum, quatuoris antea peccatorum, afflictiones dici poterunt, quoniam flagellum, præcedentis delicti punitionem denotat, cuius cùm prorsus nullum reliquum fuerit, neq; quòd ad culpam, neque quòd ad pœnam in peccatore uestigium, non est curper pœnas emendari & compensari dicamus. Atque adeò nullo discrimine discernentur, Adami, Caini, Dauidis, & quas reliquorum peccatorum enumerauiimus afflictiones, ab afflictionibus, Abrahæ, Iob, &c. quod est absurdissimum.

T E R T I O, inter eas, quas protulimus peccatorum punitiones, quædam, præterea sunt, quas flagella diuinitus inflcta nequaquam appellare possumus, ut sunt Nabuchodonosori à Daniele consultæ elæemosyne, & uoluntariæ quædam Dauidis afflictiones, quas ille præter eas, quæ sibi cœlitus decernebantur, spontaneus & ultroneus assumebat: ut quod Psalmo inquit, Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Nam quòd hæc uerba non ad corporis quendam morbum, quo tunc angeretur Propheta, ut Rabini mentiuntur, sed ad spiritualem languorem, idest, peccatum, ut Christiani docent, sint rapienda, ea, quæ immediate annexuntur, sine fucco demonstrant. Quoniam, inquit, iniquitatem meam annunciaro, & cogitabo

Psal. 37.

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

Psal. 72.

gitabo peccatum meum . ubi my aghuoni profectò, non plaga-
gam , sed culpam, peccatum & iniuitatem designat . Et rur-
sus . Et dixi , Ergo sine causa iustificauit cor meum , & laui
inter innocentes , manus meas , & fui flagellatus tota die , &
castigatio mea in mattutinis: aut ut habet Hæbraicus textus,
בְּכָל־יֹמָיו תִּנְתַּנוּ לִי אֵת נָבוּעַ, idest, Et fui percusus omni die,
& punitio mea fuit mane per singulos dies. Enim uero casti-
gatio & punitio illa quotidiana , & in super certo diei tem-
pori alligata , non potuit esse nisi uoluntaria . Talia sunt mul-
ta alia , quæ in eius sancti regis monumentis , præsertim in
Psalmiss, tertio quoque uerbo reperias, ut quod se uestem po-
suisse cilicium , & iejunio peruisse carnem , & uino abstinuisse
docet , &c.

Psal. 68.

*Aduersario
rum Se-
cundus ca-
billus.*

N E Q V E uero dici potest , quod quidam aduersarij com-
miniscuntur , has uoluntarias afflictionis , non satisfaciendi
pro pœnis ex peccato reliquis , gratia , sed ad impetrandam
diuinam misericordiam , fuisse assumptas . Nam si sola fide
ut hæretici docent , aut sola conuersione in Deum , per quam
cunque pœnitentiam , peccata & quoad culpam & quoad
pœnam , siue pœna reatum , condonantur , enim uero ua-
nissimum erat , eas uoluntarias afflictiones aslumere. ad quid
enim assumerentur , cum sola fide , diuina gratia remissioq;
peccatorum potuisset contigere ? Deinde , etiam si diuinæ
misericordiæ prouocandæ ergo , illæ pœnae assumptæ fuissent ,
tantum abest , ut rationis nostræ uirtus elidatur , ut potius
redintegretur , nam cum in peccato sint duo , quæ hæretici ne-
gare nequeunt , culpa & pœna siue reatus ad pœnam , ani-
mi quidem conuersione in Deum , culpa purgabatur , exter-
na uero corporis afflictione , à fide & dilectione deriuata ,
Diuinam misericordiam , ad reatus condonationem pelli-
ciebant peccatores . Amplius , hominis iustificatio & culpæ
condonatio , tam apud nos , quam apud aduersarios , in mo-
mento celebratur , quoniam fit per solam animi actionem ,
quæ temporis successione non indiget : nos enim per legiti-
mum dolorem à fide & dilectione deriuatum , illi uero per fi-
dem , iustificationem contingere docent , utrumque autem
horum potest fieri breuissimo temporis spatio ; quid ergo si-
ue

Disputatio prima.

8

ue Dåuid , siue alij quicunque , longis illis afflictionibus ,
prolixisque cruciatibus uoluntariè se se macerabant ? non
igitur eos gratia impetranda iustificationis , quæ & animi
actione sola , & breuissimo tempore fiebat , sed pœnarum ,
quæ ita iustitia poscente , post culpæ condonationem in pec-
catore resident , compensandarum , causa subibant .

T E R T I O , est etiam & turpis ea aduersariorum fuga ,
qua aiunt , legem Mosaicam , ciuilem fuisse , atque adeò ne
inulta peccata remanerent , sic quæ ordo uiuendi politicus
perturbaretur , non item Deo satisfaciendi pro peccatis gra-
tia , eas pœnas exactas . Primum enim licet Mosaica lex ci-
uialis , idest , ad rectam eius populi gubernationem directa ,
erat , tamen diuinæ fidei , cui subseruiebat , ratione , non tantum
effectiue , quia à Deo lata , sed obiectiue , diuina erat , quia ex
bono sui usu , idest , dum opera alioqui ciuilia in Deum
ordinabant seruatores , uitam æternam promerebantur .
Vnde punitiones illæ aut diuina flagella , in Deum quoque
refferri poterant , idest , in peccatorum , quibus Deus fue-
rat offensus , satisfactiones . Deinde , Adæ , Heuæ , Caini , fi-
liorum Iacob , & aliorum , qui legem antecesserunt , pœnae non
erant legales , sed ante legem infictæ . Præterea , etiam alio-
rum , quos attulimus , diuinæ punitiones , Mosis , Aaronis ,
Heli , Saulis , Dauidis , &c. quantumuis sub lege uixerint ,
non tamen legales erant , idest , à lege perscriptæ , sest diuini-
tus à Deo infictæ , non iuxta legis taxationem , sed iuxta
diuinæ uoluntatis constitutionem . Vnde cum ad sceleræ ,
quibus Respublica Mosaica rectaque eius politica uiuendi ra-
tio perturbaretur , cohibenda , satis pœnarum fuisse consti-
tutū , querere ab aduersariis libet , an constante iustitia , præ-
sertim iam remissa (ut illi docent) uniuersa pœna , cum cul-
pa , Deus tam accerba afflictiones his hominibus infligere
potuerit ? quod si annuant , cum ea iustitia non proueniret
à necessitate faciendi satis læsa Reipublica , cui iam per le-
ges Mosaicas satisfactū fuerat , restat ut à necessitate satisfa-
ciendi diuinæ iustitiae , per peccatum iam dimissum , læsa ,
proueniret , alioqui eas diuinæ afflictiones iniuste à Deo in-
fligi , necessario fatendum est : quemadmodum iniustissi-
mus

*Tertia ca-
villus.*

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

mus profectò is Republicæ magistratus aut princeps habetur, qui præter poenas legales & à maioribus præstitutas, alias quoque summeret à ciuibus. Damus etiam aduersariis, eas punitiones esse diuina flagella, quæ quoniam diuinitus infliguntur, declinari non possunt, negamus tamen per eas, poenas peccatis debitas, etiam post recuperatam animi iustitiā, non posse compensari: quoniam contrarium, & recta ratio, & sanctorum patrum monumenta, quæ statim hīc ponemus, & denique ecclesiastica de pœnitentia disciplina persuadeāt.

Adde quòd etsi huiusmodi punitiones & diuina flagella, quātūm ad sui principium & originem primam, sint coacta, quoniam non sint à uoluntate patients immediate deriuata, sunt tamen in sanctis uiris, quibus infliguntur, postea uoluntaria, quoniam per patientiam uoluntariè tolerantur ab eisdem, dum aiunt, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum, & dum aiunt, Dominus est, quod bonum uidetur in oculis suis, faciat. Cogitant sancti uiri id, quod uerum est, duplēcē esse rationem compensandi peccata, unā, dum Deus, in hac uita mortali, iustos uiros à præcedentium peccatorum scoria & situ, fornace tribulationis excocatos, in cœlestes mansiones, quo nihil coinquinatum intrat, statim post carnis interitum rapit, alteram, dum uel homo in se per propriæ uoluntatis arbitrium, hīc bene punit, quod malè admisit, uel post uitam, sola rigida iustitiæ libra iudice, in purgatorio, usque ad ultimum quadrantem dat pœnas. Cogitant deinde, tantò illam, hac esse ab indulgentiori misericordia profectam, quanto maiorem erga eos Dei prouidentiam & sollicitudinem præfert. non enim quoscunque,

Iob c. 1. Reg. 3. Apocal. 3. sed quos diligit, castigat. Magna est profectò Dei misericordia, humanæ fragilitatis in satisfaciendo socordiam præuenire, & nos ad ea soluenda, uel inuitos adigere, quæ ut non soluamus per iustitiam non licet. maior est misericordia, hīc, ubi locus est misericordia, per aequitatem & animi tolerantiam, quæ à Deo inferuntur, flagella perpeti, quā illa nostræ uoluntati luenda' permittere, quæ quoniam afflictiones horret, ut plurimùm, eas post mortem, quando

tantum

Disputatio prima.

9

tantum est locus iustitiæ seruare solet. Maior est misericordia, Deum ipsum nobis nostrorum peccatorum pœnas taxare ac præstituere, quām eas nostræ uoluntatis arbitrio, quod nobis semper plus æquo paret, taxandas committere. Maior denique est misericordia, nos hic sordibus, quas peccando contrahimus, perpurgare & debito quocunque, quod post carnis resolutionem remorari posset, absoluere, sicque tandem, statim post mortem, in cœlestes thalamos collocare, quām post hanc uitā (quod est longè acerbissimum) non modò sua uisione priuare, sed in super in carcerem horrendum detrusos, ad satisfaciendum iustitiæ, per atrocissimas pœnas, compellere. Atque hinc est quod tum in ueteri, tum in nouo testamento, hæc diuina flagella, non quibusque sed sanctissimis & Dei amicissimis uiris inficta legimus, iis scilicet, quos corpore resoluto, remorari & à cœlestis sponsi amplexibus retardari, non oportebat. Quamquam id genus satisfactionis, celebrius fuerit, in ueteri, quām in nouo testamento, nimium quòd eo sèculo nondum institutum fuisset pœnitentiæ sacramentum, in quo sacerdotis, quasi Dei uicarij iudicio, peccata compensarentur. Agebat illo tempore Deus per se ipsum, ipseque misericorditer flagella intorquebat, agit modò per sacerdotes quasi uicarios, dum pronuntiata peccatorum grauitate, iuxta humanæ capacitatis arbitrium, per externas afflictiones impositas, peccata compensat. Sed eo tempore durius, hoc mitius, quoniam nimirum tunc nondum esset Christi sanguis effusus, quo præcipue peccata diluuntur, nunc uero iam Christus factus sit nobis iustitia, sanctificatio & redemptio. Eo sèculo, quòd non deceret semper cum hominibus præsertim peccatoribus colloqui, per se ipsum, nullo peccatoris requi-fito consensu, Deus pœnas infligebat, nunc iam, cum nostro rum peccatorum iudices nostri similes homines fecerit, non nisi eas, quas spontanei peccatores adnittunt, per sacerdotes uicarios, pœnas & punitiones imponit. Quamquam nō negem etiam Euangelico sèculo nonnunquam, Deum in homines iustos, qui tamen pro peccatis non ad iustitiæ mensuram satisfecerunt, uindicem agerem. Id enim & de mul-

C tis

1. Cor. 1.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

tis sanctis uiris docent ecclesiasticæ historiæ, & nos quotidiano exemplo depræhendimus, uerùm tantò sunt huiusmodi diuinitus inflęta flagella accerbiora; illis, quæ in sacramento pœnitentiæ à sacerdote, Dei uicario imponuntur, quantò ratio ipsa alioquin postulare uidebatur. Enim uero, tantò ea, quæ à sacerdote accepimus, sunt magis uoluntaria, quām illa, quæ diuinitus infliguntum, quantò hæc nulla nostræ uoluntatis actio præcedit, cum illa spontanei, & uoluntate præueniente, suscipiamus: Quantò etiam liberius nobis fuisset, homini, quām Deo non odedire, & pœnas eas, detracere; quantò demum, bona opera Christi sanguini, qui in sacramentis dispensatur, coniuncta, ad peccati compensationem magis, quām ea, quæ sacramentali uirtute destituuntur, conducunt. Nihil itaque hæreticæ fugaz proficiant, ad eorum locorum, quos induxit uigore declinandum, sed planè ac sine fucco, ipso uerbo Dei expresso, conuincitur, aliquid pœnarum in peccatore, facta culpæ remissione, per uoluntariè assumptas, aut uoluntariè toleratas afflictiones, diluendum superesse. Verūm iam id secundo ex eodem Dei uerbo probemus.

Persuadetur idem, & aliis scripturæ locis.

Cap. II.



Nimero Deum, non tantum animi dolorem, aut ut hæretici contendunt, solam fidem, aliam ue interiorem animi actionem, sed etiā externas corporis afflictiones in pœnitentibus postulare, aduersarij quantūm cunq; peruvicaces inficiari non possunt. Conuertimi, inquit, ad me in toto corde uestro, in iejunio flectu, & planctu, & cindite corda uestra. Et rursus filia populi me accingere cilicio & conspergere cinere, luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum, &c. Et rursus, v'luate pastores, & clamate & aspergite uos cinere optimates gregis, quia compli-

Iob 2.

Ierem. 6.

Ierem. 25.

Disputatio prima.

10

pleti sunt dies gregis, &c. Idque etiam celebres in sacra historia pœnitentes sua pœnitentia & in Deum conuersione semper repræsentarunt. Iob enim, peccata, propter quæ se diuinitus ferriri suspicabatur, in cinere ac cilicio diluere contendebat. Niniuite deinde, non solo interno cordis dolore alia ue animi dumtaxat actione, diuinum furorem, quem ob peccata cometererat, lenire nitebatur, sed totius ciuitatis universalis afflictione; Homines, inquit Rex, & iumenta & boves & pecora non gustent quicquam, nec pascantur & aquam non bibant, & operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad Deum in fortitudine, & conuertantur à uia sua mala, & ab iniuitate, quæ est in manibus eorum, &c. Præcipiuntur certè, etiam cum hominibus iumenta cruciari, ut in eis, quæ neque peccatorum, neque iustitiae capaces existūt, solus homo, qui peccauerat puniretur. Taliaque sunt in historia ueteris testamenti cōplura, quæ ad rem per se aper tam comprobandam otiosè adducerentur. In Euangelico etiam statu, Ioannes Baptista formam Christianæ pœnitentiæ præscribens, non satis esse docuit internas animi actiones ad delenda peccata, sed Iudæos ad fructus dignos pœnitentiæ ammandauit. Iam uero ab hæreticis nostris inquirere libet, quorsum uel Deus has externas corporis afflictiones à pœnitentibus postulet, aut eas pœnitentes ipsi, dum in Deū relicto peccato, reuertuntur, opere representent. Dicent, ad diuinam misericordiam lugubri habitu, iejunio, &c. fletendam, quemadmodum, cum nos principum nobis infenorum clemetiam ambimus, lugubri amictu, lurida macieq; confecta facie, coram illis apparere solemus. At ego rursus iure disputationis inquiero, qua ratione quo ue pacto, nos, nobis persuadeamus, si ea facie eo amictu, aut ea corporis externa afflictione, coram nobis insensis principibus appareamus, impetraturos salutem? An non quia putamus, eos, uoluntaria illa & à nobis assumpta punitione, de nobis pœnas summere, nobisque ministris proinde satisfacere? Quis negat? in principis enim uero nobis insensi iniuria, duo occur runt, alterum interioris affectus, quo eum sumus prosecuti, odium, si enim ei omnino bene uoluistemus, haud illum læ-

Iob 42.

Ione 3.

Luc. 3.

C ij sisse-

sistemus; alterū externi damni illatio, qua ei rem, nomen, &c. uiolenter abstulimus. duo igitur in eo, qui principem offendit, si modò misericordiam impetrare uelit, duplici illatæ iniuriæ respondere oportet, interiorem animi nimirum conuersionem, per quam ex inimico amicus fiat, & in super externam corporis afflictionem, per quam externæ quoque iniuriæ fiat satis: quas duas res cum princeps offensus in offendēte uiderit, quod toti iniuriæ putet satisfactum, in misericordiam, remissa protinus iniuria, flectitur. Eodem ergo pacto, non alio fine, uel Deus externas corporis afflictiones à pœnitentibus postulat, uel iudicem pœnitentes exterius eas exhibent, quām, ut utrunque iniuriæ, quam Deo per peccatum intulerunt, portionem resarciant; sicque continuò misericordem peccatorum, Deo furorem reponente, remissionem recipient. Vident omni culpæ ac peccato, iustitiae ordine postulante, annexam pœnam, eam ergo propriæ uoluntatis arbitrio de se summunt, quod integra, idest, culpæ & pœnæ, protinus per diuinam misericordiam condonatio contingat, sicque tandem in integrum redeant Dei amicitiam, si fieri possit, idest, nulli amplius soluendæ pœnæ obnoxiam.

Q u o d si id ita est, quæro amplius ab aduersariis nostris, an si illa exterior corporis afflictio, quām pœnam uocamus, quamque peccator in ipso actu pœnitentiæ exhibit, iuste, peccati grauitati non responderit, sed ea sit minor, contra rationem sit docere, facta & redintegrata cū Deo amicitia, aliquid per ampliores cruciatus & afflictiones luendū in peccatore relinqui? Quis ita sentiat? eniuero, quem admodum Deus non nisi iusto dolori ueræque in se ipsum animi conuersioni, culpam, ita neque pœnam nisi iusta punitioni condonat. insufficiens igitur pœna, quam de se ipso, actu pœnitentiæ peccator sumit, integrum pœna, quæ diuinæ iustitiae taxatione peccato debetur, dilutionem non accipit. Ergo cum iustus potuerit esse dolor internus, quo culpa & offensa remittitar, iusta non existente externa punitione, aut pœna, quæ peccato debetur, potuit profecto culpa remitti, cum parte pœna, adhuc alia pœna parte postmodum perseguentes cruciatus, alia ue ratione luenda, remanente.

Idem

Idem ostenditur sanctorum patrum testimoniis.

Cap. III.



Ed iam, quod fuerit in hac parte, sanctorum patrum iudicium, quid ue de hac re senferint, in medium proferamus. Constituerunt ex his, quos protulimus aliisque complurimis sanctarum scripturarum locis, in omni Christianæ religionis memoria, ecclesiastici patres, post animi per uerum dolorem internam in Deum conuersionem, externam quoque punitionem requiri, quæ pœna reatum contractum per peccatum, & iam ex æterno in temporalem permutatum, commite diuinæ pietatis liberalitate, cōpenset.

Origenes

O R I G E N E S itaque, ut à uetusioribus incipiamus, Homilia octaua in Leuiticum, Inuulneribus, inquit, corporum, postea quam Curata fuerint, remanet interdum ipsius uulneris signum, quod cicatrix appellatur. uix, est enim qui ita curetur, ut nullum in eo suscepti uulneris residere uideatur indicium. Transi nunc, ab ipsa umbra legis, ad ueritatem eius, & intuere, quomodo anima, quæ peccati uulnus accepit, etiam si curetur, tamen habet peccati cicatricem in loco uulneris residentem. quæ cicatrix non solo à Deo uidetur, sed & ab eis, qui ab eo acceperunt gratiam, qua præuidere possint animæ languores, & discerne, quæ sit anima ita curata, ut in omni genere, uestigium illati uulneris abiecerit, & quæ curata sit quidem, sed ferat adhuc ueteris morbi in ipso uestigio cicatricis indicia. Et subinde, Sed uide, ait, quia etiam si mundetur quis à peccato, & non sit iam in opere peccati, ipsa tamen uestigia sceleris commissi, purificatione indigent, & ea, quam exposuimus, & alia nihilominus, quæ mandatur, in consequentibus offeruamus enim, & hoc quod scriptum est, Lepra in qua dié munda fuerit, &c. Post hæc inter cætera tertio dictum est. Et Mundus erit. Et iterum, ad ultimum scriptum esse, Et mundabitur. Vnde mihi uidetur esse quasdam purificatio-

num

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

num differentias, & ut ita dixerim profectus quosdam purgationum. Hactenus origenes apud quem uides, non omnes animorum purificationes esse æquales, sed aliquid post lepræ, id est, culpæ purgationem manere. Quo multò expræf-
Cyprian. sius Cyprianus Cartaginensis episcopus & Christi martyr serm. 5. delapsis, in eandem rem, quosdam, qui redintegrant fidem & conuersionem in Deum, ut nostri hæretici, putabant sibi satis esse, alloquens ita scribit. *Agite pœnitentiam plenam dolentes, ac lamentis, animi probate mestitiam, nec uos quorundam moueat error improuidus, aut stupor uanus, qui cum teneantur in tam grandi crimine, per cuius sunt animi cæcitate, ut intelligent delicta, nec planitant; & paulo post, pacem sibi ultro, nemine dante sumperunt. communicationem, non communicantium, ratam ducunt, hominibus contra Deum credunt, qui contra homines Deo, non credunt. Eiusmodi homines quantum pestes effugite, perniciosis contractibus adhærentes, salubri cautione uitare. Sermo eorum sicut cancer serpit, colloquium uelut contagium transfilit, noxia & uenenata persuasio, persecuzione ipsa peius interficit. Illuc super est pœnitentia, quæ satisfacit. Hæc Cyprianus; Et continuo: Qui autem pœnitentiam criminis tollunt, satisfactionis uiam claudunt, ita fit, ut dum temeritate quorundam, uel promittitur salus falsa, uel creditur, spes uera salutis adimitur. uos uero fratres, quorum timor in Deum pronus est, & in ruina licet animi constitutus, mali sui memor est, pœnitentes ac dolentes peccata uestra perspicite, grauissimum conscientiæ crimen agnoscite, ad intelligentiam delicti uestri oculos cordis aperite, nec desperantes misericordiam Domini, nec tam iam ueniam meditantes. Deus quantum patris pietate indulgens semper ac bonus est, tantum iudicis maiestate semper metuendus est. Quam magna delinquimus, tam granditer defleamus, alto uulneri diligens & longa medicina non desit. Pœnitentia minor crimine non sit. Putas ne Dominum citò poss' placari, quem uerbis perfidis abnuisti? cui patrimonium præponere maluisti? cuius templum sacrilega contagione uiolasti? Putas facile eum misereri tui,*

quem

Disputatio prima.

12

qui tuum non esse dixisti? Orare oportet impensius, & rogare, diem luctu transfigere, uigiliis noctes ac fletibus du-
Ambr. cere, tempus omne lacrimosis lamentationibus occupare, strato solo adhærente, cinere in cilicio uolutari, & fordinibus post indumentum Christi perditum, nullum iam uelle uestitum, post diaboli cibum, male ieinium, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere, quibus a morte animæ liberantur. Et rursum, ibi, *Qui sic Deo satisfecerit, qui pœnitentia facti sui, qui pudore delicti, plus uirtutis & fidei de ipso lapsus sui dolo re conceperit, exauditus & adiutus à Domino, quem contristauerat nuper, latam faciat ecclesiam, ne iam solam Dei ueniam merebitur, sed coronam. Hæc Cyprianus. Ambrosius etiam ad uirginem lapsam. Secundum conscientiæ molem, ait, exibenda est pœnitentiæ magnitudo, pœnitentia enim non uerbis agenda est, sed actu: actu autem sic agitur, si tibi ante oculos ponas, de quanta gloria rueris, & de quo libro uitæ nomen tuum deletum sit, & si te iam credas prope ipsas positam terribus exteriorebus, ubi erit fletus occuloru, & stridor dentiu sine fine, cum certa fide, sicut est, animo cõceperis, quia necesse est, pruaricaticē anima tartareis pœnis & gehenæ ignibus tradi, nec aliud remediu cõstitutu esse, post baptismu quā pœnitentiæ solarium: Quātamuis afflictio nē quātamuis labore & in decoré subire esto contenta, dummodo ab æternalibus pœnis libereris. Ergo hæc tu tecum cogitans & mente retractans, proprij facti tu iudex esto crudelior. Imprimis, omnis cura uitæ huius interimenda tibi est, & quasi mortuani id existimans, sicut est, quomodo possis reuiviscere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda est uestis, & mens singula membra digna castigatione punienda, amputentur crines, qui per uanam gloriam, occasionem luxuriæ præstiterunt, defluant oculi lacrimas, qui masculum simpliciter non aspicerunt. Palefacat facies, quæ quondam viruit impudicè; denique totum corpus incuria maceretur, cinere aspersum & opertum cilicio per horescat, quia male fibi de pulcritudine placuit. Cor uero sit liquefens sicut ce-
quarera, ieuniis inquietans se ipsum, & cogitationibus uentilans,*

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

quare sit ab inimico subuersum . sensus etiam crucietur , quia in membra corporis cum haberet dominationem , malo cef- fit imperio . Talis uita , talis actio pœnitentia si fuerit perseuerans , audebit sperare , & si non gloriam , certè pœna euacuationem . Et subinde , Peccator ergo si sibi ipsi non pepercit ; à Deo illi parcitur , & si futuras pœnas gehenæ perpetuas , in hoc paruo uitæ spatio compensauerit , se ipsum ab uero iudicio liberat . gradi plagæ , alta & prolixæ opus est medicina , grande scelus , grandem habet satisfactionem . Hactenus Ambrosius . Et idem libro de pœnitentia . Qui agit pœnitentiam , non solum diluere lacrimis debet peccatum suum , sed etiam emendationibus factis , operire & tegerre delicta superiora , ut non ei imputetur peccatum . Hæc ille . Chrysostomus Homilia 41. de pœnitentia . Pœnitentiam exhibuit , Ait , beatus Dauid ita dicens , Lauabo per singulas noctes lectum meum , lacrymis meis stratum meum rigabo , & olim patratum peccatum , post tor generationes , quasi nuper accidisset , lugebat . Pœnitentem irasci non oportet , neque faxire sed conteri , tanquam iudicatum reum , tamquam ex sola saluari misericordia debentem , tamquam ingratum erga banefactorē redargutum . tamquam iniucundū & reprobū , tanquam innumeris dignum supliciis . Si hæc cogitet , non irascetur , non indignabitur , se se lugebit , flebit , gemet & conquaretur , noctem & diem . pœnitentem nunquam oportet obliuioni peccatum tradere , sed Deum quidem rogare , ne eius meminerit , ipsum uero nunquam ipsis obliuisci . si nos eius meminerimus , Deus obliuiscetur . à nobis ipsis ultiōnem summamus , nos ipsis accusemus , & ita placabimus iudicem . Hæc Chrysostomus . Et idem rursus , In corde contritio , in ore confessio , in opere tota humilitas , hæc est perfecta & salutifera pœnitudo . Leo etiam primus , Rom . Pon . Theodoro episcopō Forliuienſi scribens . Mediator , inquit , Dei & hominum , homo Christus Iesus , hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem , ut & confitentibus actionem pœnitentia darent , & salubri satisfactione purgatos , ad communionem sacramentorum per Ianuam reconciliationis admitterent . cui utique operi ipse

saluator

Chrysost.

Leo.

Disputatio prima.

13

saluator interuenit , neque unquam ab iis abest , quæ ministris suis exequenda commisit , dicens , Ecce ego uobis sum , usque ad consumationem sæculi , ut si quid per seruitutem nostram bono ordine & gratulando impletur affectu , non ambigamus per spiritum sanctum fuisse donatum . Et rursum , inferius . Vnde , oportet unumquenque Christianum , conscientia suæ habere iudicium , ne conuerteri ad Dominum de die in diem differat , nec satisfactionis sibi tempus in fine uitæ suæ constituat , quem periculose ignorantia humana concludit , ut ad paucarum horarum se præseruet incertum , & cum possit pleniori satisfactione indulgentiam promereri , illius temporis angustias eligat , quo uix inueniat spiritum uel confessio pœnitentis , uel reconciliatio sacerdotis . hucusque Leo . Gregorius quoque Rom . Pont . Cogitandum , ait , Gregorius summopere est , ut qui se illicita meminit commisisse , à quibusdam etiam licitis studeat abstinere , quatenus per hoc cōditori suo satisfaciat : ut qui commisit prohibita , sibi metipſi abſcindere debeat etiā concessa , & repræhendat se in minimis , qui se meminit in maximis delinquisse . Minima , quæ loquor , si hæc sacri eloquij testimoniis non affirmo . Lex certè ueteris testamenti , alienam uxorem concupisci prohibet , à rege uero fortia iubere militibus , uel desiderari aquā , non pœnaliter uerat . Et cuncti nouimus , quod Dauid concupiscentia mucrone transfixus , alienam coniugem & concipiuit , & abstulit , cuius culpam digna uerbera sunt secuta , & malum , quod perpetravit , per pœnitentia lamenta correxit . Qui , cum longè post contra hostium cuneos se deret , aquam bibere de Bethlemitica cisterna ex desiderio uoluit , cuius electi milites , inter cateruas aduersantū medias irrumpentes , aquā , quā desiderauerat , illæsi detulerūt . Sed uir flagellis eruditus , semetipſum protinus cum periculo militum , aquam desiderasse , repræhendit , eamque Domino fundens , libauit , sicut illic scriptum est , Libauitque eam domino , in sacrificio quippe Domini , effusa est aqua , & conuerfa , quia culpam concupiscentia mactauit , per pœnitentiam repræhensionis suæ . Qui ergo , quondam concupiscere alienam coniugem nequaquam timuit , post etiam quia aquam

D con-

concupisset, expauit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum iam rigidus, etiam à licitis abstinebat. Sic agamus poenitentiam, ut ea, quæ cōmisimus, perfectè defleamus. Hæc Gregorius, Et ne immensos aggredi locorum ex sanctis patribus afferamus, iam ad ecclesiastican disciplinam transeamus.

Idem probatur, ex ecclesiastica disciplina de poenitentia.

Cap. IIII.



Taque, poenas temporarias facta hominis iustificatione supcresse, in hoc aut in futuro saeculo luendas, ex ecclesiasticis taxationibus poenitentiarum, quas canones poenitentiales vocant, aperte cōuincitur: quos canones ingenti numero, ex poenitentiali Romano, & Bedæ, Theodori, atque aliorum, Butchardus Vuormatiensis episcopus libro 19. decretorum coaceruauit; non quasi à Romanis Pontificibus inuectos, sed quasi ab ipsis Apostolis per præcedentes ecclesiasticas memorias, longo saeculorum ordine traditos & per manus acceptos & obseruatos. Nam & canone 23. Apostolico, trienalem poenitentiam ab Apostolis usurpatam legimus. Inuenimus & ingentem harum poenitentialium taxationum multitudinem, tum in Græcis & Latinis conciliis, Nicena Ancyranæ, Neocefariensi, Elibertina, &c. tum deinde, in Græcis canonibus, quos Petrus Alexandrinus, Athanasius, Basilius, Nisenus, &c. in epistolis multis cogerunt; quos nostra memoria Gentianus Heruetus & non nulli alij, simul cum Theodori Balsamonis Nomocanone, ex Græcis ad Latinos transtulerunt. Fuit earundē poenitentiarum apud Latinos patres frequentissimus usus, ut apud Cyprianum uidere est, libro 3. epistolarum epist. 23. Leguntur & apud Irenæum, Rodanenses quædam mulieres seductæ, quæ in publico exomelogesim fecerint. Gregorius Neocefariensis in sua epistola canonica, qualis ea quidem

dem extat, decem canones statuit. Fabianus quoque Pontifex canonem statuit, ut qui sciens peierauerit quadraginta dies in pane & aqua, & septem annos sequentes poeniteat, & nunquam sit sine poenitentia, & nunquam in testimonium recipiatur, communionem tamen post hoc percipiat. Multos demū Gratianus tum alibi, tum septem distinctionibus de poenitentia, ex antiquitatis memoria, canones aggescit. Nam has poenas non tantum ciuili ratione, idest, quo hominum praui mores ecclesiastica disciplina coercentur, ut ad uersarij docent, fuisse constitutas, sed diuina quadam auctoritate ad peccata remittenda, inferius cum in ecclesia esse potestem tribuendi indulgentias, comprobemus, abundè sumus ostensuri.

Per suadetur idem rationibus à natura ipsa sumptis.

Cap. V.



Erūm iam tandem, quantum sanctæ scripturæ, sanctorum patrum doctrinæ, & ecclesiasticæ traditioni ratio ipsa cōsétiat, quæ nō est aliud, quam diuinæ sapientiæ, per quam conditæ sunt scripturæ, quaque illustrati (haud dubium) scripserunt omnes ecclesiastici patres, radius quidam, ostendamus: tunc enim omnino de hostibus triumphos egisliè videbimus, cum non modò eos scripturis, & sanctis patribus, quorum duorum alterutrum, ad fideli argumentum satis erat, sed rationi ipsi, qua prædicti sicut reliqui omnes mortales esse debuissent, contrarios ostenderi.

I T A Q V E ab his exquirere oportet, an eas omnium rerū publicarū leges, quæ peccantium conuersione, externisq; doloris ac poenitutinis signis, non satis habentes, ulterius ab eisdem poenas extorquent, iustas esse, an iniustas uelint? iniustas (sat scio) non dicent, ut pote quibus ordo ipse & status iustitia apud omnes mortales conseruetur. Quod si iustas dicant, iam qua ratione iustæ esse poterunt, nisi res pror

D ij sus

sus sit distincta poena commisso sceleri debita, ab ipso in Rempublicam commisso peccato? Aut qua ratione iustæ esse poterunt, nisi remissa offensa, adhuc poena per externos cruciatus, externasq; afflictiones luéda supersit? Socrates, exépli gratia, Platonē occidit, in homicidas autē decretum est mortis suppiciū, compræhenditur Socrates, fatetur se Platonem occidisse, per dolorem reddit in gratiam cum cognatis tota-que repùblica, quam per homicidium læserat, nunquid propterea iustè in homicidas decretæ pœnæ, non sumentur de Socrate? Si ita esset, nemo profectò Christianus, pœnas à legibus in homicidas aut malefactores decretas, etiam publicæ potestatis auxilio, de eisdem summi, petere iuste posset: quoniam non modò eos, qui nos læserunt, & ueniam petunt, sed etiam eos, qui adhuc odio nos prosequuntur, tenemur ex animo diligere. Itaque ratio ipsa atque iustitia manifestè docet, remissa culpa, adhuc pœnam per externas afflictiones & alias bonas operationes compensandam, in peccatore superesse, quoniam nimirum aliud sit in Dei amicitiam gratiamque redire, aliud læfæ iustitiae satisfacere: aliud Socrati principem ueniam indulgere, aliud eidem, uniuersam pœnam, quam commeritus fuerat, condonare, quæ duo profectò nulla necessitate connectuntur. Atque hæc de pœnis post peccati remissionem permanentibus, dixisse sit satis.

Quod

Quòd hæc pœna ex peccato post iustificationem remanens, ante tempus à iustitia diuina præfixum, sit condonabilis, & quibus argumentis Lutherus contrariam sententiam persuadere conetur. Cap. VI.



Vpereft nunc, ad secundum totius huius translationis articulum accedere, in quo nos probatueros spondebanus, eas pœnas, quæ in peccatore facta iustificatione supersunt, ante tempus à iustitia præstitutum, esse condonabiles, id est, posse ante perfectam earum tolerantiam indulgeri: id enim quoque Lutherus pernegat, quòd hac ratione uiam ad statuendas indulgentias fterni uideat. Docet is eas pœnas cælitus esse decretas, neque ullo humano studio præuerti posse, ita ut quicquid in hunc scopum peccatores præstiterint, sit prorsus euaniendum. Sed quām magnis rationibus id astruat, iam audiamus.

P R I M O , Nemo, inquit, mortalium, quæ diuina uoluntas in quenquam statuit, impedire potest, pœnas igitur eas,

quas sanxit & statuit in peccatores diuina iustitia, à nullo hominum possunt præuerti, aut frustrari. Secundò, Diuinæ punitio[n]es & quæ cælitus infliguntur, afflictiones externæ, sunt medicinales: eis enim peccata, quæ sunt ueri animorum languores, aut præueniuntur, aut si iam graffentur, omnino purgantur, non modò igitur nemo potest eas, ulla satisfactione præuenire, sed hoc etiam uelle aut conari, est peccatum grauissimum. Tertiò, Esto quòd aliquam pœnam declinare, esset in alicuius hominis potestate, non tamen id unquam erit in potestate Pontificis aut episcoporum.

frustra igitur per indulgentias, pœnas & afflictiones externas condonare contendit. assumptionem, ex pœnarum diuiniōne communique partitione, persuadere conatur. Est, inquit, quinquplex pœna, Inferni una, Purgatoriū altera, diuini

^{1.} Luther.

^{2.} Ratio

^{3.} Ratio

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

uinitus inficta. Tertia , quam uirgam Dei , Deique flagellum appellare solemus , ut ea , qua Dauidem reliquosque iustos , Deus in hac uita percussit . Euangelica quarta , idest , ea , quam uoluntariè & spontaneè afflumimus , de qua loquitur Rom. 12.
1. Cor. 6.
Math. 5.

Paulus cum in hunc modum ad Romanos scribit , Fratres obsecro uos per misericordiam Dei , ut exhibatis corpora uestra , hostiam uiuentem , sanctam Deo placentem , &c. Et alibi , Exhibeamus nosmetipsos in multa patientia , in ieuiu-
niis , &c. & demum Christus docet apud Matheum , ieu-
re & orare , quæ omnia credit Lutherus esse præcepta . Quin-
ta demum , quæ quod per ecclesiasticos canones inferatur ,
uocatur canonica , ut quæ huic aut illi peccato , hanc aut il-
lam pœnitentiam præscribit . Iam in primam , idest , in inferni
pœnam , neque Pontifex neque ullus mortalium aliquid po-
test , quoniam in inferno nulla est redemptio . eademque ra-
tione neque in secundam , quoniam licet purgatorij cruci-
tus sint finibiles , cum tamen sint à divina iustitia difiniri ,
usquequo per satispassionem diluantur , impediri non po-
sunt . Præter hoc , quod purgatorij cruciatus , Pontificis
aut ullius hominis temptationi non subsunt . Sed neque in
tertiam , quæ uirga & flagellum Dei uocatur , aliquis homo
potestate habet , cum ea pœna sit decreta , certo nutu pro-
uidentiæ , quem homo scire nequit . Quis enim cognovit
Rom. 11.
Hebr. 17.
Apocal. 3.
2. Tim. 3.
sensu Domini , aut quis consiliarius eius fuit ? Immo uero
multoties id pœnarum genus , à Dei erga nos dilectione pro-
ficietur , iuxta illud Q uos diligit Dominus castigat , & il-
lud , quos amo arguo & castigo . Immo id pietatem specta-
re , docet Apostolus , omnes , inquit , qui piè uolunt uiuere
in Christo Iesu , persecutions patiuntur . diuinam autem pro-
uidentiam fallere , aut Dei dilectionem impedire uelle , pro-
fectò sacrilegum . Iam quartum pœnarum genus , cum sit
præceptum , & ad salutis necessitatem pertineat , nisi per sum-
mum nefas impediri non potest . Supereft igitur , ut nulla
pœna diuinus propter peccata inficta , impediri queat , ni-
si ea forsan , quæ quinto genere continebatur , canonica scilicet , idest , quam homines ipsi per canones , ad ecclesiasti-
ca societatis conuictum continendum , præfixerunt . Hinc
igitur

Disputatio secunda.

16

igitur Lutherus ecclesiasticas indulgentias irridet , quod pœ-
nas diuinæ uoluntatis arbitrio certoque consilio atque prouid-
entia in peccatores decretas , excludere moliantur , quasi
Pontifex , qui peccatorum tribuit indulgentias , per easque
eorum pœnas condonat , Deo esset potentior .

Expenduntur & proteruntur Lutheri rationes

Cap.

VII.



Ed nos , quantum huiusmodi rationes & ar-
gumenta proficiant , iam uidebimus : si prius
tamen id notauerimus , quod nobis tribue-
re (sat scio) neque Lutherus neque eius Sym-
mista grauabuntur , duplex esse in sancta scri-
ptura pœnarum genus , medicinale unum fa-
tisfactorium alterum . Alio profectò finem Iob , Tobias , & Pau-
lus diuinitus affliguntur , alio longeq; diuerso Nabuchodonosor , Dauid , Maria Mosis foror , &c. Percutiuntur , illi diuin-
itus , ne in peccata ruant , aut ut auctiori meritorum cumulo
ditescant , percutiuntur hi , ut diuinæ iustitiæ lœsa , per eo-
rum cruciatus & afflictiones satisfiat . Quo sic statuto , fa-
temur pœnas medicinales (ea sunt , quasuel augendi meriti ,
uel cauendi peccati gratia , Deus nobis infert) nosnon posse
impedire , quoniam cum optimo fine irrogantur , absque no-
stro incommodo , aut illius à quo eas repellere tentamus ,
iniuria , profligari non poterunt : sed neque ullo pacto eas
pœnas & punitiones deprecantes exaudiri poterimus . Negam-
mus tamen satisfactorias pœnas , eas scilicet , quæ luendi
peccati commissi causa , nobis diuinitus irrogantur , modò
per aliud equiualeens eas iustè compensemus , condonari non
posse ; quemadmodum ea quoque pœna , quam per leges iu-
stas respublica intulit , dum lœsa iustitiæ fiat satis , per ali-
quid equiualeens compensari ualet . Et ratio est , quoniam in
satisfactoriis punitionibus præstituendis , æqualitas lœsa iu-
stitiæ tantummodo attenditur ; quaenamque ergo ratione illi
fiat satis , pœna iustè condonabitur , quemadmodū si eo quod
te

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

te laſi, hanc aut illam pœnam incurri, nihil erit iniustitia, ſibi tantundem redens, aliud aliquid repetendam. Persuadent igitur Lutheri rationes, non aliud, quām quōd medicinales punitiones, quas Deus uel cauendi peccata, aut augendi meritum gratia nobis irrogat, impedire nec posimus nec debeamus, ſatisfactorias autem, nos non posse aliis pœnis præuenire, nequaquam probant. immo id docere, non est aliud, quām utriusque testameti scripturam peruertere, Decreta erat diuinitus subuersionis pœna Niniuitis, eorum tamen pœnitentia, & de fe iſpis per externas afflitiones ſumpto supplicio, impeditur ſubuersio. Et ne multa huiusmodi ex eadem ſacra historia repetamus exempla. Apertum eſt illud, quod Dominus generali ſermone de populis peccatoribus pronunciat. Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, ut eradicem, & deſtruam & diſperdam illud, ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, ut facerem ei. Immo non aliorum Moſaiica uniuerſa ceremoniarum, ſacramentorum, & ſacrificiorū religio pertinet, quām ut ſemel iam decretæ & statutæ diuinitus peccatoribus pœnæ impediſtentur, & redimerentur. Idemq; eſto de Christianis ſacramentis iudicium, non enim aliorum pertinent, atque ad aternas aut temporarias punitiones, iudice diuina iuſtitia, peccatoribus decretas, impediendas & amouendas. Itaque Lutherus, dum diuinitus iuſtitutas pœnas, aut punitiones credit impediſſi non posſe, perinde fateri cogitur, uanum eſſe ſtudium orationis, quo nihil aliud conſequi contendimus, quām pœnaruni aut aternarum, aut temporalium cruciatus nobis diuinitus decretos, amouere; quod quām bellè cum ſcriptura conueniat, non eſt qui non uideat.

E x his, iam quid duabus rationibus prioribus fit respondendum, proclive eſt cognoscere. Tertiæ uero responderemus, insufficientem eſſe diuisionem illam, quadruplicis pœna; oportetque quintum membrum addere, quo ex pœna reponantur, quæ facta iuſtificatione, temporaliter ſoluedæ ex peccato ſuperſunt, in quas quemadmodum & in eas,

quæ

*Quod fit
Luth. ratio
nibus tri-
buendum.*

Ione 3.

Ieremi 7.

*dibuntur
Luth. rat.*

Disputatio tertia.

17

quæ ad purgatorium pertinent, & quæ à canonibus præſcribuntur, ut poſtea ex ipſo uerbo Dei probabimus, Christus in ecclesia potestatem reliquit. Nam inferni pœnas, aut eas, quas medicinales uocamus, neque ecclesia, neque ullus homo, ſed ſola diuina uoluntatis potestas impediſſire ualeat.

Quibus mediis, pœnas ſatisfactorias, diuinitus præſtitas, atq; prædestinatas, impediſſire & anteuertere poſsimus. Cap. VIIII.



Abemus iam, non modò temporarias pœnas *disputatio tertia.* quasdam, poſt iuſtificationem ſuper eſſe, ſed eas ante earum paſſionem & perfectam tolerantiam, quō minus eisdem afficiamur, impediſſi poſſe. Verū quibus mediis, quibus ue rationibus id fieri queat, quod tertio loco disputandū promiſiſimus ex ſancta ſcriptura iā eſt inquirendū.

Ergo quemadmodum duplē ſtatuebamus pœnam, medicinalē unam, ſatisfactoriam alteram, ita quoque duplex ſatisfactoria pœnæ genus conſtituere oportet, unum *satisfact.* quidem earum, quæ iure legeque diuina communi proueniūt, *pœna dap.* alterum earum, quæ pro diuina uoluntatis arbitrio, certisque ex causis, extra communem curſum, communesq; leges, peccatoribus diuinitus intorquetur. Illas, quōd communis legis iurisq; diuini ordinem ſequātur, ordinariās uocamus, has quōd nō à lege, ſed à ſolo diuina uoluntatis arbitrio fine illa lege deriuentur, extraordinariās appellare licebit, quæ partitio in pœnis quoque humanis communis eſſe ſolet. quidam enim communi ordine, quidam extraordiñem, humanis quoque constitutionibus puniri dicuntur. Sunt enim quædam humanæ pœna, quæ à lege deriuantur, ut quōd, qui occiderit hominem, propria auctoritate, occidatur. qui furatus fuerit, flagellis aut infamia afficiatur. & ſunt alie, quæ non à lege, ſed pro grauitate delicti, à principiis uoluntate deſcendant, ut quōd quia Socrates, Platonis to-

*ff. de extra
ord inariis
crimin. &
ff. de narris
& extraor
dinari cogi
tionibus.*

E rum

rum uiolauit, hanc aut illam pœnam propter sceleris atrocitatem, ultra eas, quas leges communes præscribunt, sustineat, & similes. Itaque ordinariæ pœnæ, ex his, quæ diuinis infliguntur, dicentur illæ, quæ à legibus diuinis oriuntur, contrà extra ordinariæ illæ, quas, pro rerum, & scelerum grauitare, sola sine lege Dei uoluntas, influxit. Lex est diuina, ut, qui graui scelere in Dei legem impegerit, mortaliterque peccauerint, pœnam æternam, quæ Dei inimicis debetur, incurrat; lex est etiam diuina, à diuinæ iustitiae rectitudine deriuata, ut ei, qui animo in Deum, quem mortaliter offenderat, conuertitur, æternæ punitionis reatus in temporellem pœnam, quæ cum gratia & Dei amicitia conuenire potest, commutetur. Nam ut antea probatum est, nulla rationis consequentia postulat, ut ei, qui in gratiam iterum recipitur, perinde omnis pœna condonetur, immo ratio iustitiae postulat, ut ei solum ea pœna remittatur, quæ cum Dei gratia & amicitia conuenire nequit, idest, æterna, temporalis uero, per sequentes satisfactiones compensanda remaneat. Eas igitur omnes pœnas, quæ ab his legibus diuinis deriuantur, ordinarias uocamus. Pœnæ itaque punitionesq; ordinariæ, sunt omnes istæ, quæ ex peccato mortali, aut ueniali, aut ex ipsa iustificatione, cum nondum per pœnitentiam, diuinæ iustitiae satisfecimus, remanent: contrà extraordinariæ dicentur, reliquæ omnes, quas diuina flagella uocare solemus, ut eas, quas Dauid, Saul, Adam, Hænua, Antiochus, Herodes, &c. diuinitus irrogatas, perpeſſi fuerunt, & quibus multi nunc quoque ob præcedentia peccata percutiuntur, quoniam non ab ulla lege, quam sibi Deus præfixerit, sed à sola diuina noluntate descendant.

H i s iam præictis, dicimus, ordinarias pœnas, ordinariis mediis, extraordinarias autem extraordinariis, impediſſi & aboliri posse; quod utrumque probabimus, si prius quæ uocemus ordinaria media, explicemus. Sunt igitur media ordinaria, quemadmodum de pœnis dicebamus, quæ cum ab ordinariis legibus deriuentur, aliquam habent remissionis promissionem, extraordinaria, quæ nullam habent legem, unde descendant, sed solam hominum uoluntatem, ac per-

*Quibus
mediis pu-
nitiones uel
extraordi-
narie uel
ordinarie
propulſen-
tur.
Ordinaria
pœna quæ
ſint.*

in

inde nullam remissionis promissionem. Primi generis sunt in lege Mosaica & Evangelica, diuina sacramenta, ea enim in his, qui dignè suscipiunt, annexam promissionem habent, præfertim uero sacramentum pœnitentia, quod in eam rem peculiari quadam ratione uidetur institutum, iuxta illud, quorum remisceritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Ad secundum genus pertinent, in lege quidem Mosaica, uoluntaria quædam sacrificia & sacerdotales preces, quas eius legis cultores, ad imminentem diuinum furorem repellendum, per se uel per eius religionis ministros, quando sibi uidebatur, offerebant, in statu uero Euangelico, item sacerdotales preces, eleemosynæ, sacrificium. &c. quibus diuinam iracundiam, quam nostris peccatis prouocamus, lenire contendimus. Hæc profectò quem admodum nullam habent, à qua præcipiantur, legem, ita nullam habent diuinæ misericordiæ promissionem, ita ut ipso opere, à fide integra & uiua dilectione deriuatæ, pœnas diuinitus decretas exterminet. Sed quemadmodum ea homo liberè offert, ita Deo liberum est parcere, aut obſfirmato animo, pœnam exigere; quod in prioris generis pœnis contrariò accidebat. Illic enim, Deus, lege à ſe condita, pœnam decretam condonandi, sibi necessitatem imposuit, adeo, ut per ordinariam legem, illi, aliter agere non liceat. Neque uero ſentimus, orationem, sacrificia, eleemosynas, &c. ſolis pœnis extraordinariis depellendis, deferruire, immo ideo ea extraordinaria media uocamus, quod, ad nullum certum pœnarum genus pellendum, ſint alligata, quemadmodum ea, quæ uocamus ordinaria. quanquam ea extraordinaria media cum ad pœnas ordinarias depellandas applicantur, non ordinariè, ſed extraordinarie, effectum forſiantur. non enim Deus legem condidit, ut, qui oraret, daret eleemosynam, offerret sacrificium, &c. remissionem aterne aut tēporalis pœnæ conſequeretur, quemadmodū in sacramentis fecit. Itaq; punitiones extraordinarias, remedii extraordinariis, idest, oratione, ieunio, sacrificio, eleemosyna, & ſimilibus, quæ nulla lege ad eas repellendas decernuntur, anteriormiter, ordinariæ uero pœnas, ordinariis remedii, idest, quæ diuinæ

E ij na

Iohann. 20.

na lege ad eas propulsandas institutæ sunt, comminuimus.

Punitio extraordinariæ quæ dicantur.

Cap. IX.



Ed quatenus uel hæc uel illæ pœnæ pateant, iam uideamus. Remedia ergo quæ uocamus extraordinaria, quanquam sunt in multiplici differentia, (possimus enim in hoc genere, sacrificia, eleemosynas, & reliqua caritatis officia reponere) ad solam tamen orationem reducuntur: eius enim tantum ordinandæ gratia, & ut ea sit Deo acceptior, sacrificia eleemosynas, &c. facimus. Ea enim per se ipsa, nullum habent ualorem, iuxta illud Isaiæ, *Qui immolat bouem, quasi, qui interficit uirum. qui mactat pæcus, quasi, qui excerebrat canem, qui offert, &c.* Et illud. *Quò mihi multititudinem uitimatum uestrarum Plenus sum, holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum & hircorum nullui, &c.* Ex orationis igitur participatione, remedia illa extraordinaria censemus. Est autem oratio duplex, publica una, priuata altera: quæ rursus in propriam & alienam distinguitur. Publica oratio, ea est, quæ fit ab uniuerso populo, aut à persona publica, tanquam persona publica, qualis est sacerdotalis oratio, cum in loco publico, sumpta ecclesiæ persona, aut in sacrificio, aut extra sacrificium, mala, quæ peccatis nostris commeruimus, deprecari contendit. Nam etiam si sit persona sacerdotalis & publica, si tamen nec loco publico, nec ex publico munere oret, priuata censemitur. Talis est illa, qua in Leuitico, sacerdos, iuncto sacrificio, Deum peccatoribus propitiū reddere, frequenter præcipiatur. Propria oratio ea est, quæ per propriæ mentis accessum & conuersionem in Deum, diuinam misericordiam flectere nititur, ut ea, qua Ezechias, mortem, Manasses captiuitatem &c. repulit. Aliena uero, ea, qua aliis nobis iam decretas diuinitus pœnas, deprecatur, ut illa, qua Moses Dei furorem Israelitico populo impenden-

Isaie 66.

Isaie 1.

*oratio du-
plex.*

Leuit 4.

Isaie 36.

a. Par. 33.

péndentem, auertit: Obsecro, inquit, Domine, peccauit populus peccatum maximum, feceruntque sibi Déos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me delibro, quem scripsisti. In his profectò locis, non de culpæ remissione, quæ à propriæ uoluntatis libertate aboletur, sed de pœnæ extraordinariæ, iam iam in populum sanguinis repulsione, agitur. Atque huc, illud Iacobi Apostoli uolunt quidam *Iacobii 5.* pertinere, infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei: quanquam enim eum de sacramento extremæ unctionis intelligent, nullum tamen detrimentum arbitratur, sentire eiusdem sacramenti ministerio, ex ecclesiastico, usu aut Apostolico mandato, adiunctâ quoque fuisse orationem, qua etiam languentis peccata remitterentur. Atque hæc de extraordinario, remedio, & extraordinariis pœnis diuinis dixisse satis sit.

Pœnæ ordinariæ quæ sint. Cap. X.



Vnciam de ordinariis remediis, quæ pœnis diluendis, lege diuina constituantur, consequenter dicamus. Ea autem in duplice sunt differentia. quædam, quæ diuinæ misericordiæ, innixa, culpæ & pœnæ simul, quædam uero, quæ per modum iustæ commutationis, sive pœnæ, facta iam iustificatione, depellenda deseruunt. Prioris generis sunt sacramenta, neque enim tantum culpam in eis, qui dignè suscipiunt, ab animo excludunt, sed etiam pœnam, ut antea dicebamus. Et inter sacramenta quidem, sunt quædam, quæ simul cum tota culpa, totam quoque pœnam directè condonant, ut baptismus; facit enim ueterem hominem antiquæ uitæ cum priscis suis actionibus, omnino commorri. Vnde, eorum, quæ malefecit, nulla profus postmodum in noua uita habetur ratio. præter hoc, quod decebat Deum, iis, qui primò ad se conuertuntur, suam liberalitatem & munificentiam impartiri, decebat etiam

etiam, ut iis, quosex diaboli filiis, in suos filios adoptabat, omnem noxam omnemque ueterem offensam remitteret, reatusque uniuersos indulgeret: ut uerè illi diuina regeneratione renati, nouam uitam denuò inchoarent. Quædam rursus sunt sacramenta, quæ et si indirectè omnem culpam ab animo expellant, non tamen uniuersam pœnam, ut pœnitentia, quæ cum hominem ex Dei inimico & defectore; amicum redat, non tamen omnem pœnæ reatum indulget, sed tantum eum, qui cum Dei amicitia, quam directè restituit, conuenire nequit, æternæ nimrum pœnæ reatum & damnationem: relinquit tamen temporarias & finibiles pœnas, quæ postea per uoluntarias afflictiones, aut uoluntariè toleratas, adiuncta Christi passione eiusque ualore respersæ, cōpensentur. Ratio uero, ob quam in hoc quoq; sacramento communiter, omnis pœna non indulgetur, est quia in eo, neque homo ueteri uitæ moritur, ut in baptismō, neque primò ad Dei amicitiam uenit, immo est iam qui illud suscipit, primò dactæ fidei, desertor & proditor. neque demū, in eo susceptores filij Dei fiunt primò, ut in baptismō, sed tantummodo antiqua illa filiatio restituitur. Est etiam & illa non parua discriminis ratio, quod cum baptismus ad regenerandum, nouumque hominem efficiendum, ac proinde ad eluendam omnem ueterem culpam & pœnam sit institutus, sacramentum pœnitentiæ, tantum ad reconciliandum, (quæ reconciliatio nullo pacto omnem pœnæ cōdonationem necessariò arguit) fuit ecclesiæ tributum; ad remitenda, inquam, peccata, non item pœnas, nisi quatenus eorum remissio, annexa est gratia, aut æternæ pœnæ condonatio. Sic Christus in huius sacramenti institutione, Quorum remiseritis, inquit, peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Quanquam non infiior, sacramentum pœnitentiæ in pœnas quoque ex iustificatione reliquas, agere posse. Video enim doctiorum Thelogorum sententia constitutum, frequentes eorum peccatorum, quæ iam semel ante sacerdotem proiecseramus, confessiones, hoc agere, ut uirtute sacramenti & clauium, pœnæ illæ ex iustificatione reliquæ, & illæ quoque quæ uenialibus peccatis debebantur.

Ioh. 20.

bebantur, paulatim attenuantur. Neque id sine magna profecto ratione; nam cum potestas sacramentalis in huiusmodi peccatis, iam quod ad culpam remissis, culpam, in quam agat, non inueniat, necessaria ratione aget in pœnas, neque enim occiosa debet esse Christi passio, quæ uirtute clauium illis peccatis applicatur, præsertim, cum ea non tantum culparū aut peccatorum, sed pœnarum etiam, & omnium reliquiarum, quæ à peccato actuali deriuantur, sit antidotus præfissimus. Itaque adeò quis in hoc sancto sacramento posset esse frequens, ut absque alia satisfactione, sola Christi passione per idē sacramentū applicata, pœnas uniuersas temporarias extergeret. Verum id non directè conuenit huic sacramento, quemadmodū baptismō, sed quia secum portat Christi passionem, ex cuius frequenti affictu & applicatione, & reliquiæ etiam actualium peccatorum attenuantur. Et licet cætera quoque sacramenta, eucharistia, confirmatio, &c. essentiali ratione, Christi passionem importent, ac proinde ex eorum recto usu pœnæ quoque temporariæ deterantur & minuantur, nemo tamen inficiari poterit, id tantò rectiori ratione sacramento pœnitentiæ conuenire, quanto præ cæteris magis Christi passionem importat, per modum medicinæ & antidoti peccatorum. Important alia quidem sacramenta Christi passionem per modū memorialis, ut Eucharistia, aut per modū medellæ, contra effectus, quos originale peccatum in nobis causat, ut confirmatio, extrema uncio &c. quorum prius robore Spíritus sancti certa quadam ratione conciliato, naturam infirmitatem eliminat; posterius luctaturis aduersus has aereas potestates, in ipso mortis agone uirtutem infundit. At non important illam directè per modum medellæ contra peccata actualia, & eas, quæ ex illa deriuantur, reliquias, ut sacramentum pœnitentiæ: dico autem directè, nam indirectè iuxta quorundam Theologorum sententiam, dum ex attrito (ut loquuntur) contritū faciunt, contra culpas quoque ualere, fortasse probabile.

AT Q.V.E. hæc de primi generis remedii ordinariis: ad secundum autem genus, pertinent, ex rationes compensandi pœnas, quæ non iam ad solam misericordiam, ut illæ sacramentales

cramentales pertinent. Sed ad iustitiam commutatiuam, quæ consistit in arithmetica proportione, cum tantumdem scilicet pro redimendis iis pœnas ordinariis tribuimus, nostroque iure earum reatum & damnationem oblitteramus. Dicimus autem sacramentalē illam redimendi decretas pœnas ordinarias, rationem, ad misericordiam pertinere, tum quod sacramenta non sint aliud quam diuinæ misericordiæ pixides quædam, quibus in curationem peccatorum Christi sanguis includitur, tum quoniam illa non modò temporales ex iustificatione reliqua, sed æterna quoq; pœna diluitur: pœnam autem æternam, cum sit annexa culpæ mortali, sine uiuæ misericordiæ liberalitate remitti, aut in temporeali commutari, prorsus est impossibile. Hunc autem euadendi pœnas ordinarias, temporales modum, ad iustitiam spectare dicimus, contrariis omnino rationibus, quoniam nimis, neque sit sacramentalis, neque in eo culpa ulla mortalis remittatur, ac proinde nihil sit in eo, quod uires nostras Christi sanguine eiusq; ualore adiutas, supereret. Neque enim hæc secunda compensandi ratio, ad omnem pœnam ordinariam peccato mortali debitam, ut illa prior sacramentalis, extenditur, sed tantum ad temporales punitiones iustificationem sequentes, quæ quantumuis accerbae, sunt tamen finibiles. Vnde etiam si non redimerentur, per passionem, in hac uita, aut in altera absuni possent.

Hæc autem (ut ita rem exprimamus) iustitialis cōpensandi ratio, duplex à sanctis & ecclesiasticis auctoribus ponitur: una quidem, cum tantumdem ex nostro, altera cum tantumdem ex alieno, nostro tamen, tum per communem Christianæ societatis caritaté, tū per ecclesiasticas claves, effecto rependimus. Prior duplex est, una, quæ propriè ad hanc partem pertinet, qua per uoluntarias corporis afflictiones & pœnas, punitiones illas diuinitus decretas, compensamus: ad quā pertinent omnia illa, quæ nos nostra sponte & nullius arbitrio, per totam nostram uitam eligimus, cruciatus spontanei (nimis) eleemosynæ, sacrificia, caritatis opera &c. quæ etiam extra ordinariarum pœnaruī remedia ponebamus: sed diuerfa ratione, sunt enim remedia extra ordinariarum

piarum pœnarum, quatenus sunt impetratoria, idest, in quantum orationem, quæ propriè illarum est remedium, adiuuant, & Deo acceptiorem reddunt. Sunt autem remedia ordinariarum pœnarum temporalium, quæ post iustificationē luendæ supersunt, sui ratione, & directè, in quantum scilicet sunt satisfactoria, & ualorē habent à fide & caritate. Atque hic cōpensandi ratio, nostro magno malo, & ingenti bonorum operum desidia, penè iam elanguit, fuit tamen ueteribus illis prioribus Christianis familiarissima, dum ieuniis, flagellis, facultatum suarum elargitione, peregrinationibus, uoluntaria paupertate, uita solitaria, &c. quæ olim peccata perpetrauerant, indefeso studio compensare satabant. Altera est, qua tantumdem ex nostro reddimus, at non proprio imperio, sed alieno, sacerdotis scilicet, qui id nobis quasi sacramentalem satisfactionem imposuit. Quæ compensandi ratio, ideo non tam propriæ, quam illa prior, ad iustitiam hunc compensandi modum pertinere uidetur, quod fit coniuncta sacramento ac proinde maiori misericordiæ. Plus enim ea satisfactio & bona opera, quæ nobis uirtute clavium imponuntur, ualoris ad pœnas temporales compensandas sortiuntur, quam ea, quæ nos nostro arbitrio ac mera sponte offerimus. Ad eam tamen utraque pertinet, nam in ambabus, non ex alieno, sed ex nostro, reddimus, quamvis in priori tantò magis ex nostro, quantò minus Christi passionem nostris operibus adiungimus. Licit enim omnibus operibus satisfactoriis, Christi passio infundatur (neque enim alia ratione potuissent esse satisfactoria) multò tamen magis illis, quæ sacramenti ratione participant. Vnde ea satisfactio, quæ fit extra sacramentum, tantò magis est nostra, quam illa, quæ fit in sacramento, quantò minus Christi sanguine delibuitur, & per funditur. In illa enim à sola fide & dilectione, in hac uero à fide, caritate, & sacramento, satisfactoriis operibus Christi sanguis applicatur.

De eo genere compensationis iustæ, quæ fit ex alio, traditur deinde nominis, INDVLGENTIA, explicatio & diffinitio. Cap. XI.

Disputatio
quarta.



Erum iam tandem, ad eam iustitialis compensationis speciem, quæ fit ex alieno, ueniamus: in ea enim tota huius contiouersiæ difficultas est sita¹, neque aliorum hæc omnia superius scripsimus, quām ut methodica ratione, quā intractandis non modò disciplinis, sed ecclesiasticis quoque dogmatibus elucidandis, semper amauimus, de ea, quæ nobis uiderentur, ex rigore verbi Dei in medium proferemus. Est igitur, hic modus, dum ex ecclesiastico thesauro, in quo iuxta quorundam sententiam, Christi tantum, iuxta aliorum placitum, sanctorum quoque merita continentur, ecclesiastica auctoritate, non item uirtute sacramenti, ut in pœnitentia, aliquid nobis applicatur, nostrumque efficitur, ut eo pœnarum temporalium, post iustificationē remanentium, aut aliunde contractarum, reatus compensemus. Quemodum modum compensandi pœnas, ideo indulgentiam, non modo recentioribus, sed etiam ueteribus Thologis appellare placuit, quod quamuis ex alieno secundum iustitiæ commutatiæ rationem, aut ecclesiastica benignitate satisfaciamus, ex nostro tamen nihil tribuamus, sed liberaliter & misericorditer nobis alienis meritis communicatis, & nostris uirtute caritatis effectis, debito liberemur. Qnod si uelimus indulgentiam describere, dicemus Indulgenciam, esse ordinariæ pœnæ, diuinæ, temporalis, idest, quæ iuxta diuinæ leges, facta iustificatione in anima perseuerat, uel ex peccato ueniali contrahitur, ex alienis meritis, extra sacramentum ecclesiastica auctoritate facta compensatio. In qua ratione, quod dicitur indulgentiam, non cuiuscunque, sed ordinariæ pœnæ compensatio nem esse, ideo ponitur, ut eam à canonicarum pœnarum & duingenie. cœfuraru iudiciali absolutione seccernamus. ab ijs enim quo que

que extra sacramentum peccator absoluitur, sed haꝝ non sunt ordinariæ pœnæ à lege diuina infictæ. Dicimus deinde, eam extra sacramentum fieri, ad eius absolutionis discrimen, quæ fit in sacramento, quod discrimen quoque notat nomen compensatio, tunc enim debitum compensare dicimus, cum tantundem rependimus: in sacramento autem non liberamur debito per compensationem, sed per absolutionis modum, dum merito passionis Christi nobis culpa indulgetur, ut antea diximus. traduntur & ab Scholasticis quibusdam alia diffinitiores, sed quæ potius rixas quam Theologiam promoueant.

Vide Al-
ber. in 4. d.
20. art. 16.
Henric.
uero quad
lib. 15. q. 2.
Caet. tract.
de indul.
cap. 7.

Probatur tum apostolicæ doctrina, tum sanctorum patrum monumentis, tum conciliorum ecclesiasticorum traditionibus indulgentias esse in ecclesi. Cap. XII.



Ed iam indulgentias esse, diuinitus, pœnis diuinis, idest, lege diuina illatis, ordinariis ac, temporalibus, depellendis, institutas, in qua parte totius huius disputationis neruus situs esse uiderur, oportet comprobemus, huc enim ferè omnia, quæ dixinus, respiciunt, & in hac re una, quæcunque postea dicturi sumus, quasi cardine uertuntur. & quid alioqui multa de indulgentiis scribere profuisset, nisi ea in Christiana republica, ex Christi constitutione usurpentur? Id autem haud aliunde mihi melius, quām ex ecclesiastico usu, ueterique Christianarum rerum memoria, perfici posse, non uidetur: nam & hoc genus probandi, in reliquis uniuersis, quæ diuina constitutione seruamus, persuadendis, usurpare Christiani omnes consueuimus: neq; illi nisi summa cum impudentia, quisquam aduersiorum refragari potuit. Atque id quidem probationis genus, tanto erit in hac parte in aduersarios uehementius, quanto indulgentiarum usus ob nouitatem suspectior qui-

F ij busdam

F. Michaelis Medtnae, de indulg.

busdam iudicatur. Sed iam de re ipsa loqui incipiamus, ab iplis apostolicis sacerulis eam repenteo.

2.Cor. 2.

Math. 18

S V C V R I T autem in hac parte, primus omnium Apostolus Paulus, qui non obscurè, se hac indulgendi pœnas potestate usum, de incestuofo Corinthio loquens, testari uideatur. Nam postquam eundem ad interitum carnis, ut spiritus saluus fieret in die Domini, Satana tradidisset, Si quis, inquit, contrastauit me, non me contrastauit, sed ex parte ut oneré uos omnes, sufficit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio, quæ fit à pluribus, ita ut è contrario magis donetis & consolentimi. cui autem aliquid donastis, & ego, nam & ego quod donaui, propter uos in persona Christi. Fuerat paulò ante uariis pœnis incestuosus onustus, in interitum carnis, ut ea afflictione ac pœna, quæ simili flagitio, ex iustitia diuinæ debebatur, compensata; spiritus saluus fieret in die Domini. haud enim aliorum pœnitentiæ imponuntur, quam ut nostris afflictionibus uoluntariis, iustitiam & diem Domini præueniamus. cum autem ingenti turbine tristitia pœne fuisset absumptus, Paulus Christi auctoritate, quam in cæteris Apostolis acceperat, quas uel illæ, uel ij, ad quos scribit, Corinthianæ ecclesiæ seniores aut presbyteri, iustis de causis imposuerant, pœnitentias (aut si ita libeat appellare) ecclesiasticas pœnas, eidem iam acriter obiurgato, ab eisdem senioribus rogatus, indulget. Sufficit, inquit, illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus, ita ut è contrario magis donetis, &c. Et statim. Cui autem aliquid donastis, & ego, nam & ego, quod donaui, propter uos, id est à uobis rogatus, in persona Christi, donaui, scilicet. Habes hoc loco, Paulum potestate imponendi pœnas siue pœnitentias usum, habes eundem, rationabili causa, quod nimurum nimia tristitia pœnitens absorberetur, summo iure reposcendi pœnas prætermisso, easdem clementer indulisse. Et ne dices, hanc potestatem imponendi aut remittendi pœnas, ciuilem & politicam esse, quod causantur hæretici, non sua, sed Christi persona induita, id est, diuina potestate se id fecisse apertè profitetur. Nam quod hunc locum sancti & ecclesiastici patres, iam olim sic acceperint,

abun-

Disputatio quarta.

23

abundè eorum in eundem monumenta testantur. Theodorus Cyriensis Episcopus, sic inquit. Condonare uocat Apostolus remittere, ostendens peccatum illius fuisse maius quam pœnitentiæ. Hactenus ille Oecumenius uero Constantinopolitanus, ne existimet, ait, is, qui stuprum commiserat, se sufficientem pœnitentiam egisse, ait Paulus, condonetis, siue ueniam detis. Hæc Oecumenius. Ergo Theodori & Oecumenij sententia, ante sufficientem pœnitentiam incestuofo peccatum condonatur & remittitur, quo profecto nihil maius indulgentiis tribuimus. Apertiora tamen sunt Theophilacti uerba, Pulchre, inquit, dixit Apostolus, donate, ne ille existimet sibi remissum peccatum, quia sufficientem pœnitentiam egerit, & quia confessus est, ostendit quod ueniam recipiat, ex illorum gratia, & donatione, & non solum ex pœnitentia sua. hactenus Theophylactus. Quorum interpretationi, & beatus Ambrosius scribens in hunc locum accedit, Quid & idem alibi aduersus Nouatianos disputans, ex hoc, Pauli loco probat esse in ecclesia auctoritatem remittendi peccata, in hæc uerba, Quid ergo isti Nouatiani possunt consortium tecum habere, qui claves regni cœlorum non suscipiunt, negantes improbè in ecclesia posse peccata donari, cum Petro dictum sit, Tibi dabo claves regni cœlorum, & quæcumque ligaueris super terram, ligata erunt & in cœlis, & quæcumque solueris super terram, erunt soluta in cœlis? Cum & ipse uas electionis dicat, si cui autem quid donastis, & ego, nam & ego, quod donaui propter uos in persona Christi. Cum igitur Paulum legerint, sic eum tam impie arbitrantur errasse, ut ius sibi vindicarit domini sui? Sed vindicauit acceptum, non usurparit in debitum. Hucusque Ambrosius, qui cum ex hoc Pauli loco ecclesiasticam potestatem remittendi peccata afferat, nec de ea potestate, quæ in sacramento exercetur, loquatur, fit perinde, ut de ea, quæ est extra sacramentum, sermonem faciat: quæ nō est aliud, ut postea probabimus, quam potestas conferendi indulgentias. Placet etiam & hæc interpretatio Chrysostomo eundem locum enarranti, non solum, ait, incestuofo remittit increpationem, uerum etiam eum ad priorem

*Lib. de pa-
nitien.*

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

rem statum reuocat, & ne indulgentia fiat deterior, illum rursus præmit, dicens, Ne abundantiori tristitia absorbeatur. Et paucis interiectis, subdit, Quanquam enim facti pœnitens confessus erat, tamen ostendit Paulus, quod non perinde ex pœnitentia, sicut ex condonatione, consequatur remissionem, & ideo dicit. Ut condonetis. Idem uero declarat, & id, quod sequitur, Ne abundantiori tristitia absorbeatur, quibus uerbis erudit ad modestiam, ne post absolutiōnem, fieret incogitantior, quasi dicat Paulus, Non enim quod sufficientem exhibuit pœnitentiam, sed quod infirmus sit, ideo, inquit, illum dignor uenia. Hactenus Chrysostomus, in cuius uerbis multa sunt obseruanda. Primo quidem, quod inquit, hunc flagitosum hominem, per hanc condonationem ad priorem statum reuocari. Vbi non obscurè innuit, eidem totam pœnam, quæ fuerat ex iustificatione reliqua, fuisse remissam & indultam. Secundo, aduertendum est, quod hanc pœnarum condonationem, uocat Chrysostomus, remissionem, absolutionem & indulgentiā, ut uel hinc licet depræhendere, indulgentiam esse condonationem & absolutionem. Tertiò, quod eundem incestuosum, facti iam pœnitentem, confessum fuisse scelus declarat, quæ confessio, an fuerit publica, an clancularia, parum ad rem pertinet discuteret, dum tamen per alteram istarum fateamur, iam peccatum, quod ad culpam auolasse. Qui enim exomologesim conscientiæ faciebat, etiam extra sacramentū, de peccato tribabatur, qui autem de peccato dolet, culpa purgatur. Quartò, quod post hanc culpæ remissionem, innuit Chrysostomus, aliquid per condonationem indultum, pœnam nimirum, non quidem, quoniam ita ille commeritus fuisset, sed quoniam Paulo & presbyteris, ne abundantiori tristitia ille absorberetur, de summo iure, non propria, sed Christi auctoritate, aliquid remittendum uidebatur.

S E D iam ad posteriores ecclesiæ memorias transeanus. Multa de hoc indulgētiarū usū, apud ueteres Christianos autores, Clementē Rom. originem & potissimè Cyprianum, refere licet. Reprehendit etiam Tertullianus, postea quam ab ecclesiastica religione defecit, catholicæ ecclesiæ pastores, quod

*Lib de pu-
deria con-
tra Psych.*

Disputatio quarta.

24

quod peccantibus ueniam indulgerent & peccata diuinarent, atque hanc Psychorum, idest, animalium, Sic enim nos per contemptum uocat) generalem consuetudinem esse scribit. sed Satis erit si conciliorum statuta huc tantum proferamus. Nicena ergo Synodus sic statuit. De hiis, qui præter necessitatem præuaricati sunt, aut propter ablutionem facultatum, aut propter periculum, aut aliquid huiusmodi, quod factum est sub tyrannide Lycinij, placuit sanctæ synodo, licet indigni sint misericordia, aliquid circa eos humanitatis ostendi. Et post pauca, Quicunque ergo cum omni timore, & lacrimis, perseverationibus & operibus bonis, conuersationem suam, non uerbis solis, sed opere & ueritate demonstrant, cum tempus statutum etiam ab aliis fuerit impletum, & orationibus iam cœperint communicare, licebit etiam episcopo humanius circa eos aliquid cogitare. Qui uero indifferenter habuerunt lapsum, & sufficere sibi quod ecclesiam introierunt, arbitrantur isti omni modo tempora statuta complebunt. Hactenus synodus. quo loco uides, iustis de causis, episcopo mītius agendi, idest, aliquam pœnarum partem indulgendi, peccatoribus, facultatem tributam. Concilium quoque Ancyranum, paulò ante Nycenum celebratum, quo potissimè, iis, qui aliqua ratione ad idola defluxerant, pœnitentiæ imponuntur, post easdem pœnitentias impositas ac taxatas, sic subiungit, Episcopum can. 5 autem, hanc habere licentiam oportet, ut perspecta singulorum conuersatione, normam regulamque conuersationis tribuat, idest, ut humanius agens, secundum uitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiare aut etiæ prolixius, quod correctioni necessarium duxerit, addere. Discutiatur autem omnium horum præcedens uita & posterior, & ita circa eos sacerdotalis, se humanitas moderetur. Hactenus Ancyranus synodus. Laodicena deinde synodus sic decernit. His, can. 2 qui diuersorum peccatorum lapsus incurront, & oratione, & confessione ac pœnitentia, malorum suorum perfectam conuersationem demonstrant, pro qualitate peccati pœnitentiæ tempus attribuendum est, propter misericordiam & bonitatem Dei, Qui ergo huiusmodi sunt, reuocandi & ad-

com-

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

Section. 8.
¶ 45.

communionem sunt applicandi. Habet hic quoque propter Dei misericordiam, & bonitatem, eos quae legitimè pœnitentiæ signa ostenderint ad communionem recipiendos, quod signum apud illud sæculum perfectæ reconciliationis, indicium erat. Continentur & similia quædam in Neocefariensi, aliisque compluribus conciliis, quæ huc adducere & nobis & lectoribus fuisse operosum. Atque his profecto aliisque similibus, indulgentias & esse, & fuisse semper in ecclesia factis comprobatum existimo: nihil enim aliud est indulgentia, qua nunc utimur, quam pœnarum, quæ actuali peccato, post iustificationem diuinitus sunt decretæ, relaxatio quædam. immo uero uetus etiam scholastici, Alexander, Altisidorensis, Albertus, Sanctus Thomas, sanctus Bonaventura, &c. quas nos vocamus indulgentias, frequentius pœnarum relaxationis appellant. constat autem, ijs, aliisque Conciliorum locis, peccantium pœnas, quæ alioqui debitæ erant, relaxari, ac ex causa rationabili indulgeri. denique indulgentias diuina constitutione in ecclesia esse, concilium constantiense contra Vuicelum & Ioan. Hus iam dudum decreuit. sed de earum antiquitate in sequentibus multa.

Has pœnarum relaxations, non modo fuisse easrum, quæ iam ex ecclesiastica disciplina illatæ fuerant, sed earum etiam, quæ irrogari propter peccata debuissent. Cap. XIII,



Vnquerò ea nobis aduersariorū obiectio remonstranda est, quæ ab aduersus nos in hac parte fieri solet. Nā licet non modò apostolica doctrina sed sanctorum veterumque patrum traditione & insuper ecclesiastico usu, indulgentias iam tunc ab apostolico sæculo, in eadem ecclesia fuisse demonstrauerimus, id tamen ad eas, quibus nunc utuntur pontifices, indulgentias, parum illis pertinere uidetur

Disputatio quarta.

25

uidetur. Nunc enim non condonantur iniunctæ, de quibus canones illi loquuntur, pœnitentiæ, sed absolute aut tota pena, etiam occultissimis peccatis debita, aut aliqua eius portio relaxatur. Recesit iam uetus illa consuetudo, pœnas publicas peccatoribus præscribendi, atque adeò euauit iam remittendi easdem pœnas, uetus illa potestas. Hæc autem obiectio, eam difficultatem tangit, an sit in ecclesia potestas remittendi, non modò pœnitentias iniunctas aut impositas, sed etiam iniungendas aut imponendas, nam & hæc indulgentiarum distinctio in scholis est frequens. Verùm mihi in hac parte nulla æqua dubitandi ratio esse uidetur, neque est cur ob hunc usum ecclesiasticum, indulgentias in dubium hæretici reuocent. Si enim impositæ pœnitentiæ condonari possunt, cur non imponenda, si antequam imponantur, honesta aliqua ratio appareat, condonari poterunt? Enim uero tam illi mors indulgetur, & condonatur, qui cum fuerit commeritus, ante sententiam remissionem eius accipit, quam illi, cui iani lata à indice sententia, fuerat collum extendendum. Neque uero satis scio unde hæc opinio, quæ etiam nonnullos nostrorum inuasit, nata fuerit, ut uenia aut indulgentia dari nequeat sine iniustis pœnitentiis. Quin neque exemplis antiquitatis destituitur hic usus, nam Cyprianus ad Cornelium scribens, tres presbyteros illū, sine ulla pœnitentia recepisse narrat. Defendit eundem Cornelium Pontificem, ad Antonianum scribens, quod liberalior esset in condonandis peccatis. docetque receptum Trophimuni fine ulla pœnitentia, negat tamen idem Cyprianus id fine ulla satisfactione factum, quoniam bonum, quod ex eius receptione suscepserat ecclesia, pœnitentiam compensabat. Scio, quædam concilia, Pontifices, ac autores, ita de indulgentiis, pronuntiare, ut tantum significare uideantur, eas de pœnitentiis aut in sacramento aut extra sacramentum impositis tribui. Sed de eo genere tantummodo indulgentiarum loquitur, quæ de iniunctis pœnitentiis tribuuntur, non item de omni. Talis est ea indulgentia, quæ accedentibus ad bellum sacram, ab Urbano, secundo in synodo Claramontana, fuit proposita sub hac forma. De misericordia Dei

Lib. 2.
epist. 12.

Lib. 4.
epist. 2.

G & beatorum

F. Michaelis Medinae de indulg.

& beatorum Apostolorum Petri & Pauli, auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra Sarracenos arma suscep- rint, & onus sibi huius peregrinationis asumpserint, iniunctas sibi pro suis delictis pœnitentias, relaxamus. Tale est etiam, quod in Lateranensi synodo, Innocentius tertius Episcoporum quorundam, qui per indiscretas indulgentias ecclæsiasticam disciplinam pessundabant, licentiam reprimens, modum easdem suis populis elargiendi, ipsis intra quadra ginta dierum de iniunctis pœnitentiis, circumscribit. Tales demum sunt multæ alia indulgentia, quæ ueteri Pontificum, memoria concessæ leguntur, præsertim cum in Hierosolymas expeditio parabatur.. Neque diffiteor, hanc concedendi indulgentias formam, olim frequentiorem fuisse, quod tunc in usu adhuc essent magnæ illæ, quæ fortasse (quæ nostrorum sæculorum est Christianæ uitæ remissio) irrationalib[er]e modo iudicarentur, pœnitentia; sed neque alterius generis, indulgentiarum exempla nos deficiunt. Celebri non modo Romæ, sed in toto penè terrarum orbe, fama iactatur. Gregorium magnum, ante non gentes annos, plenariæ indulgentias quibusdam tribuisse. idemque ad Theotistum & Andream scribens, cum beati Petri clauicula (ut quidam arbitrantur) indulgentiam plenariam mittit. Ut per eam, inquit, salutem æternam habere ualeatis. non enim clauicula (ut istis uidetur) salutem æternam, sed ea, quæ illi adiuncta erat indulgentia, tribuebat. In eadem etiam urbe, incredibili populorum frequentia, & deuotione, ab antiquissima Christianorum temporum memoria, stationes coluntur, in quibus, omnes penè indulgentia, plenaria sunt, idest, non modo de pœnitentiis impositis, sed de imponendis quoque. Quarū non tātū Bonifacius Pont. in extrauaganti, Antiquoru[m], sed & Leo primus, sermone primo de Ieiunio decimi mensis; quasi ueteris Romæ consuetudinis, his uerbis meminit. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus, & Sabbato apud Sanctum Petrum Apostolum uigilias celebremus, qui & nationes nostras & ieiunia & eleemosynas nostras, dignabitur adiuuare. idemq[ue] sub iisdē prorsus uerbis ferm. 2.3.4.5.6.7. & 8. repetit, quo aperte innuit, a uerba non à se composita, sed esse

Disputatio quarta.

26

esse inuitandi adstationes & indulgentias, à ueteribus usurpatam formam. Atque hic locus Leonis, haud mediocriter, iam multò ante eius tempora, in ecclæsia fuisse indulgentias (id, quod præcedenti capite probabamus) persuadet. Gregorius deinde septimus ante ann. quingen. in epist. ad episc. Britan. absolutè etiā indulgentias concedit. Quicunq[ue] ait, uerè pœnauerit illos, peccatorum, remissionem, apostolica freti potestate largimur, & insuper æterna beatitudinis gaudia, de omnipotentis Domini misericordia confisi: quæ uerba, non arrogantia profecto, ut quibusdam uidetur, sed fidei plena sunt. Nam cum ibi non de culpa, quæ à solo Deo remitti potest, sed de pœna loquatur, cum pœna omnes peccatis debitæ, non modo Pontificis, qui in hac parte Christi uicem gerit, sed Episcoporum potestati subdantur, suæ potestatis terminos prætergredi non est censendus, dum æterna beatitudinis gaudia largitur; loquitur enim de iustis hominibus, quibus nihil præter temporales pœnas, luendum in hac uita restat. Idem etiam Pontifex fratribus Massiliensis monasterij, qui detentum à Pontifice suum Abbatem egrè ferebant, in hunc modum scribit, Rogau[er] iūos ex parte omnipotentis Dei, & amore beati Petri, patienter suportare, quia citò Deo adiuuante, Abbatem uobis latum remitteremus, & auctoritate (beati Petri & Pauli & nostra per istos, nobis indignis commissa, absolutionem & indulgentiam, promittimus, & absolutionem cum benedictione concedimus. Ita Gregorius. Eiusdem generis est indulgentia, quam Innocentius tertius & Lateranense concilium; iis, qui aduersus Sarracenos terræ sanctæ occupatores, arma sumerent, aut eam expeditionem adiuuarent, tribuunt. Nos igitur, aiunt, omnipotentis Dei misericordia, & beatorum apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, ex illa, quam nobis (licet indignè). Deus ligandi atque soluendi contulit potestatem, omnibus, qui laborem propriis personis subierint, & expensis, plenam suorum peccatum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confessi, ueniam indulgemus, & in retributione iustum, salutis æternae pollicemur augmentum, eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dunta-

In regesta
Greg. 7.

Cap. ultimo
concil. Laz
teran.

G ij xat

F. Michaelis Medinæ, de indulg.

xat expensis , iuxta facultatem & qualitatem suam , uirōs idoneos destinarint , & illis similiter , qui licet in alienis expensis , in propriis tamen personis accesserint , plenam suorum concedimus ueniam peccatorum . Huius quoque remissionis uolumus & concedimus esse participes iuxta qualitatem subsidij & deuotionis affectum , omnes , qui ad subuentio nem ipsius terræ , de bonis suis congruè ministrabunt , aut consilium & auxilium impenderint oportunum . Hactenus Lateranense concilium .

Est & illa indulgentia , quæ sub Honorio tertio Pontifice maximo , beatissimo Patri nostro Francisco , à Christo Assisi concessa est , ingens argumentum , non modo de impositis pœnitentiis , sed de imponendis etiam , aut quæ imponi potuissent , indulgentias conferri posse . Quæ res , quoniam & si frequentissimo omnium populorum Italiae conuentu , per plusquam trecentos annos , non modò apud easdem gentes , sed apud cunctas ferè Christianas prouintias , ad quas eius sancti uiri uita ac gesta peruerunt , notissima euaserit , quod tam quibusdā , quo pacto res acciderit , non dum forrasse compertū sit , hoc loco , ut ab his , qui gesta eius sanctissimi uiri memoria prodiderunt , scribitur , proponenda est . Est enim hæc historia adeò ingentis momenti , ut (quod Paulus quartus sanctæ memorie Pontifex , frequenter dictitare solebat) ea sola , non tantum ad afferendam ecclesiasticam potestatem concedendi indulgentias , sed etiam ad Pontificis Romani auctoritatem aſtruendam , abunde sit . Sic itaque habet historia . Dum beatus Franciscus staret in cella sua , apud sanctam Mariam de portiuncula : & Deum feruentissimè pro peccatoribus exoraret , apparuit sibi Angelus Domini dicens , quod iret ad ecclesiam , quoniam Christus & beata Maria , cum magna multitudine angelorum expectabant ipsum . Quòd cum perrexisset , & Christum cum matre uidisset , quæ stabat à dextris eius , cum multitudine angelorum , cecidit in faciem suam præ timore & reuerentia . Et tunc Dominus noster Iesus Christus , beato Francisco prostrato in terra ante eius conspectum & matris , locutus est , & dixit illi . Franciscus multum sollicitus es cum tuis sociis , pro salute animarum .

postula

Bernardo
encus Pisa-
nus lib. con-
formit.
lib. 2. fra-
G. 2.

Disputatio quarta

27

postulâ ergo , quod uis , circa salutem gentium & consolationem animarum , & honorem deitatis & reuerentiam ; quia datus es in lucem gentium , & reparationem ecclesiarum . Et ipse iacebat quasi raptus in conspectu Christi . Et tandem reuersus ad cor , & confortatus , dixit . Sanctissimè pater noster , suplico ego miser peccator , quatenus digneris facere hanc gratiam humano generi , quod concedas ueniam & indulgentiam omnibus & singulis uenientibus ad locum istum , & introeuntibus in ecclesiam istam , omnium peccatorum suorum uniuersaliter & generaliter : de quibus confessionem fecerint sacerdoti & mandatum suscepint . Et supplico beatæ Mariæ matri tuæ aduocatae humani generis , quatenus pro huiusmodi petitione me adiuuare : & apud tuam piissimam & clementissimam maiestatem intercedere dignetur . Et ipsa regina cœlorum humillima & beatissima , inclinata precibus beati Francisci , statim cœpit supplicare filio suo dicens . Altissime Deus omnipotens : supplico humiliter deitati tuæ & intercedo , quatenus dignetur maiestas tua , se inclinare præcibus Francisci famuli tui . Et ipsa diuina maiestas statim loquuta est dicens : Satis grande est , quod petisti , sed maioribus dignus es Franciscus , & maiora habebis : & ego orationem & petitionem admitto . Sed uolo quod uadas ad meum uicarium , cui dedi potestatem ligandi atque soluendi in cœlo & in terra : & petas ab eo ex parte mea dictam indulgentiam . Duodecim socij beati Francisci , qui erant in cellis suis , omnia præfata audiebant , uidentes lumen magnum in ecclesia , & multitudinem angelorum in circuitu , sed timore perterriti , non erant ausi intrare ecclesiam : nec cellas exire . statimque Christus cum multitudine angelorum & matre cœlum adiit . Beatus Franciscus mane sociis uocatis , præcepit præfata ne alicui dicerent , & sumpto fratre Maseo de Marignano pro socio , ad Dominum Papam Honorium , tunc cum curia Perusij agentem , accessit , & coram dicto domino Honorio se præsentans , dixit . Sancte patres , nuper ad honorem beatæ virginis matris Christi , reparauit uobis unam ecclesiam . Supplico ergo sanctitati uestræ , ut ponatis ibi indulgentiam absque oblationibus . Qui respondit ,

hoc

F. Michaelis Medinae, de indulg.

hoc conuenienter non posse fieri, quoniam qui indulgentia petit, oportet, quod ipsam indulgentiam mereatur, ponendo manum adiutricem. Sed indica mihi quot annos uis, ut de indulgentia ponam ibi? cui beatus Franciscus respondit. Beatissime pater & domine, placeat sanctitati uestræ non dare annos, sed animas. & Dominus Papa, Quomodo uis animas? beatus Franciscus respondit; sanctissime pater, uolo, si placet sanctitati uestræ, quod quicunque uenerint ad ipsam ecclesiam confessi & contriti & sicut expedit absoluti, per sacerdotem; absoluuntur, à culpa. & à poena in cœlo & in terra, à die sui baptismatis, usque ad diem & horam introitus ecclesiae supradictæ. Et Dominus Papa respondit. Multum est quod petis Franciscum, nec est curia Romanae consueto, talem indulgentiam exhibere. Tunc beatus Franciscus respondit: Domine, quod peto, non ex parte mea, sed ex parte illius peto, qui misit me Dominus Iesus Christus. Tunc Papa statim intulit, ter dicens publicè, Placet mihi, quod habeas. Domini tamen Cardinales, qui tunc aderant, responderunt. Videte domine, si huic talem indulgentiam exhibetis, ultramarinam destruitis, & indulgentia beatorum Petri & Pauli ad nihilum redigetur, & reputabitur. Respondit Dominus Papa, Dedimus & concessimus eam sibi: non possumus nec expedit, id destruere, quod factum est. Sed modifcemos eam, quod tantum ad diem naturalem se extendat. Tunc uocauit Papa beatum Franciscum, & dixit sibi. Ecce ex nunc concedimus, quod quicunque uenerit, & intrauerit dictam ecclesiam bene confessus & contritus, sit absolutus à culpa & à poena, & hæc ualere uolumus singulis annis in perpetuum, tantum per diem naturalem à primis uesperis, includendo noctem, usque ad uesperas secundi diei sequentis. Tunc beatus Franciscus inclinato capite, egrediebatur de palatio. Et Dominus Papa uidens eum abire, uocauit eum & dixit sibi. O simplex homo, quo uadis? quid portas tu de huiusmodi indulgentia? & beatus Franciscus respondit. Tantum sufficit mihi uerbum uestrum, si opus Dei est, ipse suum opus habet manifestare, de huiusmodi autem ego nolo aliud instrumentum; sed tantum carta fit

262

Disputatio quarta.

28

sit beata Maria, notarius sit Christus, & angeli sint testes. Ipse autem recedens de Perufia, & rediens Assisium in medio uia, in loco qui dicitur Colia, ubi erat hospitale leprosorum, cum socio aliquantulum obdormiuit. Excitatus post orationem, uocauit socium suum, & dixit sibi. Frater Mafsee, dico tibi ex parte Dei, quod indulgentia mihi exhibita, persumnum Pontificem, est confirmata in cœlis. Hactenus historia. Fuit autem hæc indulgenzia, non modo iis prodigiis, quæ hic recensentur, eo saeculo celebris, sed ingentibus aliis miraculis, dæmoniorum expulsionibus, qui humanis corporibus clausi, ad eam ecclesiam indulgentia tempore deporati sunt pulsi, sanctorū uirorum reuelationibus, qui de ea refolici diuinitus edocti, populis eandem prædicarunt, & quod iis omnibus matus est, multorum Romanorum Pontificum testimoniis vulgatissima: *Vide Bartholom. Pi.* Et ut priora illa, quæ multa *sanum loco* non modo in Minorum Chronicis, sed in eius urbis, in *preallegato* totius illius Spoletanæ prouincia monumentis, à ciuibus fideli custodia afferuatur, missa faciamus, cōprobant certè eandem diuersis pontificiis rescriptis, Honoriū, qui eam à Christo datam confirmauit, scribens ad septem episcopos, quorum in ea historia fit mentio, Assisiatem, Perufium, Eugubium, Nucerium, Fulginatem, Spoletanum & Tudertinum: Martinus quartus, qui etiam aulicos ac familiares suos, tempore indulgentia in Assisium proficiisci ad obtinendam peccatorum ueniam exhortari solebat. Alexander quartus, qui & de eleemosyna, quæ singulis annis afferitur, templum sacratissimæ uirginis refici præcepit: donans etiam fratribus facultatem audiendi confessiones aduentantium populorum: Clemens quintus, qui quorundam quæstuariorum (quod in clementina, Abusionibus, proditur) auritia atque imposturis, paulum indulgentiis infestus, quæsusus de illa quid esset agendum, Nos, inquit, ad eam indulgentiam, non apponimus os nostrum: Ioannes deinde uigesimus secundus, Gregorius undecimus, & alij difficile profecto numerabiles, nam ad sua usque tempora, id est, usque ad annum Christianæ salutis M. C C C. L X X X X. testatur Bartholomæus Pisanus, uir nō minore sanctimonia quam utriusque

Departit.

Remiſ.

Barthol.

Pisanum.

que diuini & humani iuris peritia, ea tempestate insignis, XXV. idest, omnes, qui eius indulgentiæ tempus sequuti fuerant, eidem amplissimum testimonium detulisse. Neque uero hæc, quod neque Paulus neque Euangelia ea narrant, sunt tam parui habenda, quam quibusdam ad miraculum usque sapientissimis hominibus, qui tantum uerbum Dei expressum, aut (quod inuitè credo faciunt) uetustissimos patres, recipere obingenij magnitudinē confuerunt, fortasse uidebuntur. Nam neque omnes ueteres auctores, nostris fuerunt ueritatis studiosiores, neque multorum annorū mendacia, minus sunt mendacia, quam ea, quæ recens scribuntur: quemadmodum etiam neque recētissimæ ueritates, minus sunt ueritates, illis, quas Mercurius, aut si quis fuit eo antiquior, scriptas memoriaz prodidit. Enim uero satis mihi persuadeo, si hæc historia literis Græcis scripta, blāetis semiarrofa, in aliquo angulo, stercore ac puluere obsita, nunc denuo à quo uis istorum, qui ne uulgariter sapere uideantur, abditissima quæque Græcorum monumenta, admirari solent, inuenta fuisset, nihil illa uel ad Romani pontificis astruendam dignitatem, (uocat enim illum hic Christus, suum uicarium, neque eam aut, donare, aut diei certo dicare, sine eius consensu uoluit) aut ad indulgentiarum comprobationem & auctoritatem præsentius, aliquod scriptum futurum. Nam quanta fides uel miraculis, uel reuelationibus probatissimorum uirorum, qui (ut diximus) eidem post ingentem dubitationis anxietatem, diuinitus edoeti, testimonium detulerunt, sit adhibenda, sanctorum patrum monumenta & labores nos docere poterunt, in quibus quanti, huiusmodi argumentandi genus, ponderis, apud eos uel in decernendis dogmatibus, uel in tractatis scripturis obtinuerit, facile depræhendimus. Colitur autem, is dies, quo ea indulgentia Assisijs à peregrinis obtinetur, pontificum Romanorum uel præcepto uel consensu, in uniuerso Minorum ordine, magna celebritate, quod etiam non mediocrē auctoritatē ei rei conciliat. In hac itaque indulgentia nulla impositarum penitentiarum fit mentio, sed absolutè, cunctorum peccatorum, quorum præcessisset legitima penitentia,

*Pertinens
la fistam, se
cunda die
Angustiæ*

tentia, idest, omnium pœnarum remissio tribuitur. Similis est demum & illa indulgentia, quam Nicolaus quartus ann. Domini 1288. iis, qui arma aduersus Sarracenos, terræ sanctæ occupatores, ex quibus nonnulli paulò ante, Acconem uastauerant, in hæc uerba concepit. Ut eiusdem terræ negotium, eo libentius, eo que feruentius prosequi studeatis, quo potiore fructum ex uestris laboribus, uos noueritis percepturos, nos de omnipotentis diuina misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, & illa quam nobis, licet indignis Deus ipse ligandi atque soluendi contulit potestatem, omnibus qui texilli dominici, caractere insigniti personaliter propriis sumptibus, in prædictæ terræ sanctæ subsidium, proficisci curauerint, plenam suorum peccaminum, de quibus ueraciter fuerint corde contriti, & ore confessi, ueniam indulgemus, & in retributio-ne iustorum salutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen illuc personis accesserint, & illis similiter, qui iuxta qualitatem & facultatem suam, personas idoneas in expensis destinabunt, quamvis personaliter ipsi non uadant, plenam suorum concedimus ueniam peccatorum. Hactenus Nicolaus, cuius singularia uerba, Henricus Gandauus, uir profecto non modo scholastica Theologia suo sæculo illuistris, sed etiam pius, quod eius scripta testantur, quodlibet quintodecimo interprætatur. Sunt deniq; similes multæ indulgentiarum formæ antiquitate ueneranda, in quibus nulla impositarum penitentiarum fit mentio, sed absolute, omnia peccata, idest, omnes peccatorum temporales pœnae condonantur, ut ea, quam singulis quibusque centesimiis annis sanctorum apostolorum Petri & Pauli templum uisitantibus, Bonifacius concedit: quam postea Clemens sextus scribens ad Archiepiscopum Tarragonensem, ad singulos quosque quinquagesimos annos, & Sextus quartus, ad uigesimos quintos, ob nonnullas rationabilis causas reduxerunt, &c. Tribuit & Constantiense concilium iis, qui missæ ac processioni, in quibus pro Sigismundo Hungariae ac Romanoru. rege, ad regem Aragonum eunti, præces publicæ fundebantur, præsentes essent, centū dies indulgentia

*In extra-
uag.
Antiquorū.
In extra-
uag.
Dedum.
In extra-
uag.
Quemad-
modum.
sufian. 8.*

H. runi,

F. Michaëlis Medinae, de indulg.

rum, & Basiliense deinde, iis, qui reductionem Græcorum, eleemosynis adiuuarent, semel in vita & semel in mortis articulo, remissionem plenariam omnium peccatorum indulget. In his profecto omnibus aliisque compluribus, nulla impositarum pœnitentiarum mentio, sed absolutè uniuersa peccata, idest, uniuersæ pœnæ peccatorum temporariæ condonantur.

Expenduntur, & reuelluntur Caietani rationes, quibus, probare ntitur, indulgentias, tantum de impositis pœnitentiis tribui.

Cap. XIII.



*Caietanus opusculo I.
de indul.
cap. 7.*

Vamobrem satis mirari nequeo, quid Caietanum in eam sententiam impulerit, ut tantummodo indulgentias de impositis pœnitentiis, dari contra ueterum placita, decreuerit. nam quod ab ea sententia ueteres omnes scholasticæ auctores, Alexander, Albertus, Altisio dorësis, Sanctus Thomas, Sanctus Bonaventura, Ricardus &c. procul absuerint, cum ipse fateatur, non est opus ostendere. Ceterum, quod illæ rationes, quæ hominem alioqui doctum, obruerunt, nihil prorsus efficiant, tum ex his, quas adduximus indulgentiarum formis, tum ex earum dilutione manifestè clarescet. Quod enim primo loco inquit, ecclesiasticos canones, non nisi de iniuncta pœnitentia mentionem facere, tum falsum est, tum etiam ad generalem regulam de omnibus indulgentiis statuendam, omnino insufficiens. Falsum quidem, quoniam omnes hæc formæ, quas hic adduximus, ecclesiasticis canonibus continentur, in eis autem nulla impositarum pœnitentiarum fit mentio: ni uelit Caietanus, duo illa aut tria capita, quæ in decretalibus continentur, ubi Episcoporum & Abbatum abusus corriguntur, tantum esse ecclesiasticos canones, non item extrauagantes Bonifacij, Clementis, Pauli, & Sixti, quæ iuris etiam uim obtinuerunt, aut sanctorum conciliorum, aliorumque pontificum, quæ enarrauimus decreta, quod est longè absurdissimum. Quod si querat, quare corpori iuris non fuerint in sarta, in promptu est responsio: quoniam scilicet, nullâ generalem uitæ ueridi regulam, quæ alii quoq; casibus deseruiret, in se contineret. nō enim uniuersa, quæ aut Pontificis aut cœcilia rescriptis aut decretis tractarunt, sunt iuri inserta, sed quæ ad alias quoque moderandas actiones, apta esse uidebantur. exemplo esto rescriptum illud concilij Lateranensis, quod cū exhortationem tantum & indulgentiam, iis, qui in terræ sanctæ expeditionem parabantur, tribuendam, contineret, cum reliqua eius concilij decreta, corpori iuris inserta fuerint, fortis remansit. neque tamen minoris est, quam reliqua omnia auctoritatis, neque himus, ut illud credamus rectè factum, quam cætera astringit. Quod autem ad generalem illam collectionem faciendam, obseruatio illa, eorum capitulorum, quæ, quod incorpore iuris continentur, tantum canones uocat Caietanus, sit insufficiens, ratio ipsa per se clamat. Nam primò, in illis capitibus, indulgentias tantummodo deiniunctis pœnitentiis dari, non dicitur, neque innuitur. Secundò, in eisdē, futuris indulgentiis nulla forma prescribitur, ut sit necessarium sentire, indulgentias contra eam datas, nihil prorsus ualere. Tertiò, si ex tribus aut quatuor canonibus, in quibus indulgentia de iniunctis penitentiis tribuuntur, de uniuersis indulgentiis pronunciare liceat, profecto multò majori ratione, ex tot absolutis formis, quibus nonnunquam pars nonnunquam uero uniuersa peccata condonantur, quot superius adduximus, immo ex ipsa nostrorum temporum generali consuetudine, concedendi indulgentias, pronuntiare ac censere licebit. uix enim nunc de impositis pœnitentiis tantum indulgentia traduntur, sed absolute, aut omnia, aut pars peccatorum condonatur. Quartò, inter ea capita, quæ in corpore iuris de indulgentiis loquuntur, solus canon, Ex eo, de pœnitentiis & remissioni de materia indulgentiarum, idest, de penitentia peccatorum, quæ per indulgentias remittuntur, loquitur. Nam canon, Accidentibus, tantummodo Abbatum quorundam temeritatem reprimit, qui & prelat.

Disputatio quarta.

30

De exec*li-*
li-

obtinuerunt, aut sanctorum conciliorum, aliorumque pontificum, quæ enarrauimus decreta, quod est longè absurdissimum. Quod si querat, quare corpori iuris non fuerint in sarta, in promptu est responsio: quoniam scilicet, nullâ generalem uitæ ueridi regulam, quæ alii quoq; casibus deseruiret, in se contineret. nō enim uniuersa, quæ aut Pontificis aut cœcilia rescriptis aut decretis tractarunt, sunt iuri inserta, sed quæ ad alias quoque moderandas actiones, apta esse uidebantur. exemplo esto rescriptum illud concilij Lateranensis, quod cū exhortationem tantum & indulgentiam, iis, qui in terræ sanctæ expeditionem parabantur, tribuendam, contineret, cum reliqua eius concilij decreta, corpori iuris inserta fuerint, fortis remansit. neque tamen minoris est, quam reliqua omnia auctoritatis, neque himus, ut illud credamus rectè factum, quam cætera astringit. Quod autem ad generalem illam collectionem faciendam, obseruatio illa, eorum capitulorum, quæ, quod incorpore iuris continentur, tantum canones uocat Caietanus, sit insufficiens, ratio ipsa per se clamat. Nam primò, in illis capitibus, indulgentias tantummodo deiniunctis pœnitentiis dari, non dicitur, neque innuitur. Secundò, in eisdē, futuris indulgentiis nulla forma prescribitur, ut sit necessarium sentire, indulgentias contra eam datas, nihil prorsus ualere. Tertiò, si ex tribus aut quatuor canonibus, in quibus indulgentia de iniunctis penitentiis tribuuntur, de uniuersis indulgentiis pronunciare liceat, profecto multò majori ratione, ex tot absolutis formis, quibus nonnunquam pars nonnunquam uero uniuersa peccata condonantur, quot superius adduximus, immo ex ipsa nostrorum temporum generali consuetudine, concedendi indulgentias, pronuntiare ac censere licebit. uix enim nunc de impositis pœnitentiis tantum indulgentia traduntur, sed absolute, aut omnia, aut pars peccatorum condonatur. Quartò, inter ea capita, quæ in corpore iuris de indulgentiis loquuntur, solus canon, Ex eo, de pœnitentiis & remissioni de materia indulgentiarum, idest, de penitentia peccatorum, quæ per indulgentias remittuntur, loquitur. Nam canon, Accidentibus, tantummodo Abbatum quorundam temeritatem reprimit, qui & prelat.

H ij li-

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

literas indulgentiarum, contrà quām ecclesiastica consuetudo ferebat, tribuebant; & alia episcopalia munera arroganter obibant. canone uero, Quod autem, decernit Alexander, indulgentias à non suo iudice tributas, nihil prorsus accipientibus utilitatis præstare: non ergo canones ut Caietanus loquitur, sed unicus tantum canon, illatas semel pœnitentias indulget, à forma autem unius canonis, ad omnes indulgentiarum formas arguere, prorsus irrationaliter. Quinto, eo cap. non de quibuscumque indulgentiis, sed de iis, quæ ab episcopis conceduntur, pôtifex loquitur, porrò episcoporum potestatem, pontificis, qui & ecclesiastici thesaui dispensationem habet integrum, & cui Dominus non diminutas sed integras claves regni cœlorum tradidit, potestati & auctoratiæ equiparare uelle, aut ex illa, de hac censere, longè est absurdissimum. Non enim ulla rationis consequentia siebat, ut si episcopi alias, quām de impositis pœnitentiis, indulgentias tribuere nequeant, neque pontifex posset: immo uero, ex ueteribus nonnulli, tribuendi indulgentias ordinariam potestatem, non episcopis, sed solum pontifici tribuunt, quibus accedere tenentur uniuersi illi, qui indulgentiarum potestatem, Matth. 16. quo loco, Petro tantummodo claves traduntur, exhibitan indulgentiarum conferendarum potestatem arbitrantur. Quod si episcopi non ordinariam, sed excommunicatione solum pontificis, indulgentias dandi potestatem habent, potuit ergo pontifex, eam, ea ratione qua uoluit coercere, & ad impositas tantum pœnitentias reducere. Quod si episcopi (quod uerum esse credo) potestatemi ordinariam habent, cum tamen eam uniuersali illi Pont. potestati subditam habeant, potuit profecto pontifex, illis, eam pœnarum indulgendarum partem, quam pro rerum oportunitate, oportere circunspiciebat, committere. Verum an episcopi ordinaria sibi à Christo tradita potestate, tantum impositas pœnitentias condonare possint, in sexta disputatione tractabimus. nunc satis sit, collectionis Caietani infirmitatem ostendisse. Ex his uero aperte proditur, quantum ualeat illud, quod tamen magnopere effert, immo in quo potissimum niti uidetur, quod scilicet canon ille

Disputatio quarta.

31

ille decretus fuerit in Lateranensi concilio, ac proinde in eo, de pœnis, quæ per indulgentias relaxantur, concilij sententia, expressa fuisse uideatur. Nam si ut ille docet, incerta pro certis dimittenda sunt, cur non contra Caietani sententiam, ex capite illius concilij ultimo, quo, ut diximus, plenissima indulgentia, absolute, omnibus arima aduersus fidei hostes capientibus, exhibetur, argumentari liceat? Similia sunt reliqua, quæ pro illo suo paradoxo producit argumenta. Seruauit, inquit, ecclesia multo tempore hunc syllum, ut exprimeret, in literis relaxationem, ab iniunctis pœnitentiis, adeò, ut Durandus, cum dixisset in 4. quod indulgentiae tantum ualent quantum sonant, subiungit, Sonant autem, quod ab iniunctis pœnitentiis liberant. Atqui, ex hac Caietani ratione, sic rectè colligetur. Quoniam ecclesia multo tempore, consuetudinem tribuendi indulgentias de impositis pœnitentiis conseruauit, ideo credendum est indulgentias omnes de iniunctis pœnitentiis exhiberi, ergo quoniam eadem ecclesia & tunc & nunc, non modò de iniunctis, sed absolute de omnibus pœnis indulgentias tribuit, absque ulla iniunctarum pœnitentiarum mentione, credendum erit, indulgentias, de uniuersis pœnis exhiberi, siue sint à sacerdote impositæ, siue iustè imponendæ. Nam quod tunc, quando illa forma, DE IMPOSITIS PŒNITENTIIS, &c. utebatur, etiam; & ea, qua absolute omnes peccatorum pœnae condonantur, ueteret ecclesia, quæ attulimus exempla, aperte ostendunt, quæ haud dubium Durando, immo nonnulla illorum canone illo, Ex eo, quo omnes formas indulgentiarum metiebatur Caietanus, uetusiora sunt. Quod si illa Durandus non legit, non propterea non erant. Quin uero, nec Durandus illic, uniuersas indulgentias, ad iniunctas pœnitentias retulit, sed cum disiectis quorundam Theologorum opinionibus, suis rationibus obtinuisse, indulgentias tantum ualere, quantum sonant, ut exemplo id, quod generaliter docuerat, aperiret, subiungit. Certum est quod forma indulgentiarum expressa in literis Papalibus, est talis, dist. 20. 4. sententia. Omnibus uerè pœnitentiis & confessis, qui hoc uel illud fecerint, tantum de pœnitentiis iniunctis, misericorditer relaxamus

Caiet. uerba.

cōfutatio.

De pœnit.
& remiss.

dist. 20.

4. sententia

dist. 20.

4. sententia

laxamus. Haec tenus Durandus non ergo decernit, indulgentias tantum de iniunctis pœnitentiis tribui, ut Caietanus putat, sed generalis doctrinæ, quam tradiderat, exhibet exemplum, immo non modo ex iis uerbis, sed ex tota etiam ea quæstione, perspicuè proditur, Durandum multò alterius fore sententiæ, quam Caietanus putat. Docet illuc, multisque rationibus comprobat, indulgentias, non ex deuotione suscipientium, neque ex operum ualore, neque ex utroque, metiendas esse, sed ex forma ierborum à dante indulgentiam præscripta, atque ita accipendum esse, docet, quod dicitur, indulgentias tantum ualere, quantum sonant: ergo Durando auctore, ea forma, in qua nulla indistarum pœnitentiarum mentione facta, pars, aut uniuersæ pœnæ peccatorum condonentur, non modo de iniunctis, sed de iniungendis quoque pœnis accipienda est. De ea igitur indulgentiarum formula, quam suo tempore frequentiorem uitit, Durandus iudicium tulit, non item de omnibus, quæ uel ante uel postea à pontificibus usurpari poterant. Sed Durandum alioqui profecto pium ac doctum uirum, non tanquam dogmatum interpretem immitari solet: Caietanus, nescio cur in hac parte, ut ab omnibus discederet, eum solum sibi proposuerit sequendum. Quidam alioqui. Quod autem nunc, absolta illa ac generali loquendi forma, in qua nulla impositarum pœnitentiarum, recordatio fiat, in tradendis indulgentiis, utatur ecclesia, eatundem indulgentiarum instrumenta pontificalia, quæ bullas appellamus, docere poterunt: in his certè, opere præstantibus, id, quod rationabiliter de causa, faciendum præscribitur; non impositæ satisfactio[n]es, sed uniuersæ peccatorum, quorum legitima pœnitentia præcesserit, pœnæ condonantur. Quamobrem, si Caietanus Durandi iudicium in hac parte sincere initaretur, quemadmodum ille ex sui temporis formula, ait indulgentias de impositis pœnitentiis exhiberi, quoniā alias formas à pontificibus usurpari nondum uiderat, ita ipsi ex sui temporis usu, qui profecto non fuit aliis, quam is, quem nunc habemus, absolutus ac generalis, colligere licet, indulgentias, ad non impositas pœnitentias se quoque pro

propagari, & re ipsa extendi.

DE BILE est etiam, quod tertio loco adducit, de Romanæ ecclesiæ consuetudine, quod nimis Rom. Pontifex singulis diebus Dominicis & quadragesimæ & aduentus, tribuat singulis præsentibus, quinq[ue] uel septem an. & totidē quadragenas de uera indulgétia. Exprimédo, inquit, tot annos & totidem quadragenas, manifestat se loqui, ut canones pœnitentiales loquuntur, taxantes pœnitentias per an. & quadragenas.

SED ex hac consuetudine, efficacius pro communi sententia, quam Caietanus pro sua, argumentari possumus. nam si cum Romanus pontifex, quinque illos aut septem annos indulgentiæ tribuit, impositarum pœnitentiarum non metinit, sed absolutè, eorum annorum tradit remissionem, non ergo ad impositas pœnitentias, beneficium pontificis retor quendū est. Nam quod ait, numerum illum quinarium aut septenarium, impositas pœnitentias innuere, profecto fruola diuinatio est; quemadmodum enim impositæ pœnitentiae per annos metimus & explicamus, ita quoque imponendas. quid enim prohibet, septem illos annos indulgentiarum intelligere, uel qui nobis iam impositi sint, uel qui nobis, si iustitia rigot seruandus fuisset, imponendi essent? Et alioqui, quid Caietanus diceret, quando idem pontifex aut uiuæ uocis oraculo (quod aiunt) aut scripto, quadraginta, quinquaginta, octuaginta, centum, ducentos, trecentos, quadrigenitos annos, aut quadragenas indulgentiarum tribuit, aut tot annos, aut uitæ humanæ breuitas, permittere, aut ecclesia sicutorum canonum seueritas imponere peccantibus potuissent? Legimus in ueteribus pœnitentialibus canonibus, tum Græcis, tum Latinis, quadragenarium ieunium aut abstinentiam multoties impositam (quod genus pœnitentiæ Burchardus, Carinam uocat) quod ut Petrus Alexandrinus scribit, is numerus Christi ieunio consecratus uideretur. Legimus triennium, legimus septennium, legimus & decennium, legimus ingrauissimis & atrocissimis criminibus, tricennium, & aliquando totum uitæ tractum pœnitentia additum, at centum, ducentos, trecentos, &c. annos nunquam ulli mortalium impositos legimus. Aut igitur cum hunc anno-

Tertia
Caiet.
Ratio

Dilectio:

Lib. 19.
Can. 1

rum numerū indulget pontifex, (quod facit frequentissimè) nugatur, aut si aliquid tribuit, non ad impositos annos aut quadragenias, sed ad debitas & imponendas, indulgentiam refert. Sed ampliores illas annorum centurias omissimus, & de quīnqueño aut septenario, quā nobis Caietanus ex consuetudine Romanæ ecclesiæ proponit, reuertamur. Enimvero, qui Romanum pontificem, quinqueño illud aut septenium immo uero & tres aut quatuor quadragenias, ad impositas tantummodo pœnitentias referri docet, nefcio satis, quo pacto, eundem pontificem, à mera Christia si populi impostura excusare queat, cum sciat aperte, eas pœnitentias, hodie immo multos abhinc annos, ab eiusdem Christiani populi consuetudine auolasse. Itaque quinqueño illud aut septenium, haud aliquid amplius erit, quā mera plebis fascinatio & illusio, cum illa pœnitentiæ tantummodo illi condonentur, quas nunquam impositas accepit, idest, nullæ?

Probatur, indulgent, non modo de impositis, sed de imponendis quoque pœnitentiis, tum ut Christianus lector aduertat, quā paruis momentis, a sui magistri & communii Theologorum sententia descuerit, tum ut quā solidis rationibus usus ecclesiasticus ac ueteres Theologi niterentur, cognoscat. Principio, negare non poterit Caietanus, Romanos pontifices, iam aperte declarasse, se, in ferendis indulgentiis, non modo de iniunctis pœnitentiis, sed de non iniunctis etiam intelligere. Nam ut ille etiam ait, Petrus Paludanus & Ioan. monachus, extravagantis Bonifacij, cuius superius meminimus, interpræs, memorias prodiderunt, eundem Bonifacium, peregrinis, qui tunc temporis ob Iubilæū, ab eo centessimo quoq; anno exhibitum, Romam aduentantibus, pœnitentias indicere, pœnitentiario, qui tunc temporis, ut fieri solet, ea erat sententia, omnino prohibuit: aperte declarans, suum animum fuisse, non minus indulgentiam illam plenariam, quam in Iubilao concesserat, ad non impositas, quā ad impositas pœnitentias protrahere.

SED Caietani solutio audienda est, Hoc, inquit, Bonifacius

cius non ut pontifex, sed ut doctor illius opinionis sectator, dixit. nec inconuenit Bonifacium, ut doctorem minus bene dixisse. Sed mihi maiori compendio, Caietanus potuisse dicere, uidetur, Errauit Bonifacius, quid enim aliud est pontificem non ut pontificem, sed ut Bonifacium errasse dicere, quā sine ullis uerborum ambagibus aperte fateri, pontificem non in quauis causa, sed in grauissima, & quā omnium maxiū ad fidem reducitur, turpiter errasse? Natūrā quid magis ad fidei materiam pertinere quæso poterit, quam doceare, penas purgatorias, quas Deus secundum iustitiae regulas, nobis hic aut in purgatorio luendas præscriptis, susceptione indulgentiarum compensari? profectò nullus eo errore Apostolica illa sede indignior est, in quo iure meritoque pontifex impostor & Christianæ plebis illusor, uocari potuisset. Porro, si ad has metaphysicas & logicas rerum considerationes, neclum pontificis, qui non metaphysicè aut logicè, sed solidè ac Theologicè ueracitatis à Christo promissionem habet, sed quorunque humanorum magistratuū auctoritatem & potestatem per trahere impunē liceat, impunē quoque licebit, uniuersam illis obedientiam ac reuarentiam subtrahere. Et quid quæso oberit, cur non de omnibus pontificalibus decretis, quā uel nostris præconceptis opinionibus obstare cernimus, aut quibus, (quod non satis placeant, quā iubent) infensi sumus, idem quod Caietanus in hac parte sibi usurpat, dicere possimus? causari scilicet, pontificem, non in quantum pontificem, sed in quantum Petrum aut Paulum hoc præcepisse, illud diffinisse, &c. Reuerebimur etiam magistratus, quatenus magistratus sunt, illisque obediemus, secundum formalem rationem magistratus, quatenus tamen Socrates erunt aut Platones, uel pugnis cædemus, quoniam ea ratione, non sunt magistratus, quemad modum Bonifacio quidem quatenus pontifici, fides debetur, quatenus Bonifacio non debetur, quia ea ratione non est pontifex, sed doctor, cui licet impunē contradicere. Erit autem mihi pontifex, quando meæ sententiæ suffragetur, & adeo pontifex, ut eius solo testimonio hæreticus pernicioſissimus habeatur, qui contradicat. Contrà, quando meæ

I opinioni

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

opinioni & præconceptioni aduersabitur, mihi non pontifex, sed priuatus doctor erit. Atque his similibusque sententiis, nihil profectò perniciosius & exitialius, eis enim ecclesiasticae potestatis auctoritas sensim ac paulatim in ingentem ruinam suffoditur, dum ad realitates & formalitates metaphysicas contra omne decorum Theologicum, immo contra omnē naturam ac rationem, uiolenter pertrahitur. haud enim istiusmodi rationibus formalibus in moralibus disciplinis locus est, & multò minus in Theologicis moralibus, ubi non tam rei natura, quam diuina uoluntas attenditur.

Quod si quis Caietani in hac parte patronus, causetur illa uerba Bonifacium, non publico instrumento pontificali & scripto, sed uiuæ uocis oráculo pronuntiasse, esse autē inter ea, quæ scripto, & ea quæ uoce tantummodo proferuntur magnum discriminem, &c. is saltem attendat, se deinceps uniuersis uiuæ uocis oraculis, quibus frequentissimè uti solent pontifices, fidem derogare: nulla enim hoc quam illud maiori ratione, minùs suspectum erit, si de uiuæ uocis oraculis semel pronunciare liceat, ea pontificem, non ut pontificem, sed ut Socratem aut platonem edidisse. Suspectæ etiam deinceps erunt, uniuersæ pontificalium instrumentorum (quæ Brevia uocant) declarationes, quæ, ut plurimum non scripto, sed uoce pontificis, aliquibus fide dignis hominibus, qui eius testimonium redant, præsentibus, exhiberi solent. Aduertat is deinde, non modò uiuæ uocis oraculo, sed scripto, quantum & stylli & grauitatis ratio permittebat, suam mentem Bonifacium explicuisse. Non, inquit, plenam & largiore, sed plenissimam omnium suorum concedimus ueniam peccatorum, quod ad eludendas importunas glossulas est fecisse credendus. Scio, Pontificem aliquando à ueritate flesti posse, multorum esse sententiam, sed quo pacto id accipiendum sit, fortasse abhis, qui in hac partē, Q.V.A.T.E.N.V.S ET I N Q.V.A.N.T.V.M, idest, rationes formales amant, nō satis appræhenditur. Errare fortasse potest aliquando pontifex, sed cū communem rationem inquirendi ueritatem non sequitur, cum neminem consulit, cum neque scripturas neque ecclesiasticas cōsuetudines attendit. nam cum aliquid

Disputatio quarta.

34

aliquid horum priùs exequitur, impium est, eundem errare posse, uel cogitare, de qua tamen re, nos alibi latius. Bonifacius autem hoc loco, ut ex his exemplis ac formulis indulgentiarum, quas superius attulimus, aperte proditur, ecclesiasticam consuetudinem secutus est, & ut quinta disputatio ne aperiemus, eius sententia, si qua alia, maxime cum scriptura cohæret; neque credendus adeò temerarius est, ut Pœnitentiario contrariam sententiam probante, sine magna doctrinæ uirorum præmeditatione, ac consultatione, id fecerit. Quin adeò ea res tum temporis fuit celebris, ut ea quasi singulare aliquod Roniani pontificis documentum, ad posteriores ecclesiæ memorias, non ab uno auctore scripto prodita fuerit. immo hoc loco coniecturis opus non est, ipse enim pontifex aperte id docet, cum inquit, De fratre nostrorum consilio, &c.

Sed iam secundam rationem applicemus: ea autem ab iis indulgentiarum formulis, quas præcedenti cap. attulimus, rectè sumetur. Nam aut Caietanus putat, eas indulgentias tantum ualuisse quantum sonant, aut non. si non, præter hoc quod uniuersis prioribus Theologis, qui pro animi pietate, ecclesiasticos usus potius uenerari & adorare, quam suo iudicio metiri consueuerunt, inter quos etiam Durandum, quem ille se imitari credit, numero, contrarius est, ingentem profectò Romanis Pontificibus iniuriam irrogat, & quæ nullo pacto uel ab ea sede uel ab ullo homine catholico, & eius sedis studio ferenda sit. Nam quo quæ so pacto, Lutherò hac ratione os obstruere licebit, qui indulgentias, impiissimas Romanorum pontificum imposturas appellat? certè si indulgentiae illæ plenariæ potissimum, non tantum ualeant quantum sonent, præsertim cum ob earum consecutionem, peccuniarum etiam non nihil erogetur, nescio, quis adeò subtilis disputator, qui eos ab omnium probosissima calumnia uendicet; præter hoc, quod hac sua impostura, efficacissimæ causæ erunt, ne multa bona opera, quæ in suorum peccatorum compensationem, obire in hac uita fideles potuissent, indulgentiarum Pontificalium confidentia, non præstent. Quod si tantum scelus Romanis pon-

Secunda
rat. in
Caietan.

I ij tifici-

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

tificibus impingere, nefarium est, superest tantum, ut Caietanus aperè fateatur, indulgentias plenarias & reliquas, in quibus; impositæ pœnitentia nulla fit mentio, non modò ad impositas pœnas, sed ad non impositas etiam extendi.
 H V I C autem rationi, hanc Caietanus dilutionem adhibet: quod quotiescumque in his ac similibus indulgentiarum formulis, nulla fit iniunctæ pœnitentia mentio, subintelligendum est, id, quod sicut pontifex, *D E I N I V N C T I S P O E N I T E N T I I S.* Quod si queras, quare? Respondet. Verba iudicis sunt intelligenda secundum formam iuris, in iure autem solùm fit mentio de iniunctis, igitur de iniunctis tantum pœnitentiis intelligenda est indulgentia data simpliciter & absolutè. Hæc ille. Subiungitque subinde. Nec obstat, quod indulgentia sit plenaria, quoniam plenitudo etiam plenissima, non mutat substantiam, sed auget quantitatem ipsius substantiæ, ut patet. Et propterea si pœnitentia, à qua liberat indulgentia, est substantialiter pœnitentia iniuncta, quantumcumque pœnitentia sit plenissima, non liberat nisi ab iniuncta. Et aliæ quidem liberant, ab iniuncta unius anni, uel tot annorum aut dierum, plenissima autem liberat, à tota iniuncta. Haec tenus Caietani solutio.

Confutatio. Quidam profectò in catholicò homine &, eo, qui suo tempore, huiusmodi scriptis, Lutheri furorem in indulgentias grassantis, reprimere conaretur, mihi non sumimè displicere nequit: præsertim cum uideam huiusmodi scriptis, non tantum indulgentiarum auctoritatè subuerti, sed prorsus teterimorum criminum infamia Apostolicam sedem denigrari. An non sunt teterima crimina, Romanos pontifices prorsus euandis indulgentiis, Christianis plebibus imponere? an non sunt teterima crimina, falsarum, quas nunc iuxta hanc sententiam pontifices tribuunt, indulgentiarum specie, opera satisfactoria impedire? Nam quod uerè iuxta hoc placitum, Pontifices Romani nunc populo Christiano imponant, haud difficile est demonstrare. Enim uero hodie, ut antea dicebamus, consuetudo illa prisca imponendi, quadragesimales, annuarias triennarias, quinquenarias, &c. pœnitentias, prorsus euauir, ergo si tantum quin-

Disputatio quarta.

35

quinquennia, septenaria, tricentia, &c. pœnitentibus iniuncta; pontifex remittit, plebibus illudit, quoniam huiusmodi pœnitentias nunquam impositas acceperunt. Et deinde, ergo si indulgentia plenaria collatione, nihil aliud tribuit, quam uniuersam impositam pœnitentiam, fiet aliquando, ut indulgentia plenaria, non amplius, quam dicendi semel psalmos pœnitentiales, aut tricies orationem dominicam, obligatio remittatur: quod qui assereret, quam bellè de indulgentiis sentiret, non est opus multis ostendere. Itaque, qui Hispania immo ab altero orbe, Romam, aut Hierosolymam indulgentia plenaria lucrandæ gratia, profiscatur, nihil aliud (non loquor de essentiali merito) habebit, quam fortasse non dicendi tricies salutationem angelicam, aut numerum pauperibus tribuendi libertatem, ita ut iam priori illi obligationi non astringatur. Quod quātūm cum studio illo Romanorum Pontificum, Bonifacij, Clementis, Pauli. & Sixti, quorum extrauagantes superius adduximus, quibus uniuersum orbem Christianum ad indulgentiaria illa sua tubilea, diuersis temporibus inuitabant, cohoreat, aut quopactò eos non exponat toti orbi ridendos, nemo non uidet.

Sed uerba, inquit, iudicis, iuxta formam iuris sunt accipienda, at tantum hoc uerum est, quando iudex aperè se legi derogare non explicat, in plenariis autem indulgentiis perspicue iudex insinuat, se homines, modò legitima pœnitentia priùs culpam expurgauerint, ad innocentia statum, omni reatu pœnarum oblitterato, uelle reducere. ergo cum iuris derogandi in hac parte habeat potestatem, nulla ui compellinur, plenarias indulgentias, de impositis pœnitentiis tantum accipere. Deinde licet ea regula, in iudicibus & magistratis inferioribus fortasse uera sit, non tamen in supremo. Cuius discriminis aperta ratio est. Nam inferioribus iudicibus leges potestatem conferunt, unde ex earundem præscripto, eorundem iudicium actiones sunt interpretandas: contrà uerò, sumus pontifex, rex, imperator, &c. legibus uigorem obligandi tribuunt, non item à legibus accipiunt, nulla ergo necessitas cogit, ut eorum aut scripta aut dicta, ex legibus & semel constitutis iuribus, metiamur, sed eorum voluntas

*Reuellitur
Caietan. sa
luto.*

uoluntas, aut ex fine, aut aliunde exquirenda est. Tertio, & si uerum fuisset, iudicis non modo inferioris sed superioris etiam, uoluntatem, ad semel positarum legum normam exigendam esse, id tamen nihil in hac parte promouebat. Caetani sententiam, cum in uniuerso (etiam si) extrauagantes pontificum, & conciliorum decreta, quæ attulimus nolit esse iura iuris canonici corpore, nullum canonem, qui certain indulgentiarum formam præscribat, inuenire liceat. Nam, canon x x o, ut antea docuimus, tantum de episcoporum, non item de pontificum indulgentiis loquitur. Immò uero, ex hoc Caetani axiomate, contrariam prorsus sententiam ita colligere licebit. Verba iudicis secundum iuris formam sunt accipienda, at multa sunt iura, multæ nimirum pontificum & conciliorum decretales epistolæ, quibus, non modò iniunctæ sed non iniunctæ, quoque condannantur pœnitentiæ, ergo quando acciderit pontificem, nullam in indulgentia tribuenda, iniunctæ pœnitentiæ mentionem facere, de omnibus pœnis, siue iam iniunctis, siue iuste iniungendis, est intelligendus. Licebit etiam ex eodem exiomatica sic arguere. Verba iudicis, iuxta regulas uniuersales iuris, sunt accipienda, atque ad earum normam expendenda, est autem uniuersalis iuris non modo ciuilis & canonici, sed etiam à natura ipsa deriuata regula, ut principis gratia atquæ beneficium, quantum ratio modusque permittit, extendatur, igitur, aut pontifex nequit non dum impositas, debitas tamen peccatorum pœnas condonare, aut si potest eius in hac parte gratiæ ac beneficia, non modò ad impositas, sed ad non impositas quoque pœnas pertinebunt.

SE D quæso, quo pacto hæc Caetani interpretatio, cum indulgentiarum plenarum formulæ, in quibus, quantum ad pœnas attinet, pontifices se homines ad innocentia statum reducere aiunt, conuenire queat? Non solum plenam (ait Bonifacius) & largiorem, sed plenissimam omnium suorum concedimus indulgentiam peccatorum. Quo pacto plena potest esse indulgentia, in qua non plenæ pœnæ peccatorum sed impositæ tantum pœnitentiæ condonantur? Quomodo potest esse indulgentia plena & plenissima peccatorum, quæ tantum

tantum est indulgentia impositarum pœnitentiarum? immo non alia mihi ratione pontifex, non modò plenam, sed plenioram & plenissimam peccatorum indulgentiam se tribuere profitetur, quam ut quorundam Theologastrorum, garrulas subtilitates euitaret, qui plenam de pœnitentiis iniunctis tantum, plenissimam de impositis & non impositis, indulgentiam intelligunt: ac si harum subtilitatum pontifex pertæsus, omnes gradus plenitudinis explicaret, ne alicui postmodum obscurandi pontificis mentem locus relinquatur. Atque id est profectò, quod Monachus, in eius loci interpretatione scribit, Sed quomodo ista, ait, se compatuntur? Dico, papam interpretatum fuisse inconsistorio, me præsente, hanc indulgentiam, adeò plenam, prout clauium potestas se extendit. Haec tenus ille. Quod si pontificalium clauium potestas (quod Caetanus aut aliquis, qui Lutherò non accinat, negare non poterit) ad imponendas etiam pœnitentiæ se protrahit, reliquum est, indulgentiam illam, non modo ad impositas, sed ad non impositas pœnitentiæ extendi. Nam quod, qui potestatem pœnitentiæ nondum impositas dimmittendi, pontificali potestati subtraheret, cum Lutherò sentiret, in secunda disputatione, eius sententiam enarrantes, planum fecimus: diximus enim, ex quincuplici pœnarum genere, eas tantum illum pontifici, dimmittendi potestatem permittere, quæ canonicae essent, id est, quæ ex ecclesiastica disciplina, ob præcedentia peccata, hominibus imposita fuissent.

D V P L I C E M huic obiectioni dilutionem adhibet Caetanus. Primam quidem, quod ea forma, in qua pontifices, se ad innocentiam, homines post legitimum dolorem ac peccatorum confessionem, reducere significant, quæ in iis indulgentiis, quæ in mortis articulo fidelibus exhiberi solent, frequentissimè usurpatur, edita fuerit secundum opinionem illam, ualde communem, quæ credit quod indulgentia liberet non modò ab iniunctis sed à non iniunctis: secundam, quod ea formula intelligatur, ex meritis indulgentiæ, ita quod restitutio ad innocentiam aut puritatem baptismalem, non intelligatur fieri simpliciter, sed quantum est

Caiet. ver.
Ba.

cōfutatio.

ex parte indulgentia: præsupponit enim ecclesia, arbitratas & iniunctas esse uerè pœnitentibus & confessis, condignas pœnitentias, ac per hoc absoluēdo ab initio, præsupponit se absoluere ab omnibus peenis illi debitibus, ac consequenter restituere innocentia baptismali. Ita Caietanus. Sed quibus hæc diuerticula rationibus inuenierit, opera precium est audire. Prima ergo responsio ideo illi non displicet, quod non modo ecclesia ministri, sed etiam ecclesia, in ecclesiasticis officiis opiniones usurpet, sed præstat eum audire. Nec mirum alicui uideatur, ait, si ecclesia ministri, in formis huiusmodi utantur opinatis, cum in præfatione communi, utatur ecclesia opinione dicentium, cœlos esse animatos, dum inter creaturas intellectuales, cœlos inserit, dicens, Maiestatem tuam laudant Angeli, cœli cœlorumque uirtutes, ac beata Seraphimi. Et quod formidine aliqua utantur ecclesia ministri opinione illa in hac forma, insinuat ex hoc, quod ibi apponitur, Q V A N T U M S E E X T E N D V N T C L A V E S E C C L E S I A E, titubantis enim uerba hæc sunt. Secundæ autem responsionis rationes hæc sunt. Quia ecclesia præsupponit in hac forma, pœnitentem esse contritum, de omnibus uenialibus, alioqui restitutio ad statum baptismalem, locum non haberet. Et quia utraque præsumptio est facti & tenet se ex parte pœnitentis, ideo forma illa efficax quantum ex parte est indulgentia, si fiat in paciente bene disposito, per iniunctas pœnitentias, efficax absolute & simpliciter inuenitur. Hæc illæ, ac similia quædam, quæ tam iam à nobis sunt disiectæ.

S E D nos quantum huiusmodi doctrinæ, cum ecclesiastico sensu ac sententia cohærent, ostendamus oportet. Et primò, quidè facilius mea quidem sententia Caietano fuisset, aperchè huiusmodi formas falsas & ludricas appellare: cur enim id ei non liceat, cuius sententia, minus cum harum formarum mente conuenit, quam luci cum tenebris? Huiusmodi indulgentiarum formæ innocentiam promittunt, modò culpa omnis per pœnitentiam fuerit abolita, Caietanus tantum exequendarum impositarum pœnitentiarum obligationem admittit, quid ergo si citra fucum & ambages loquamur, Caietani sententia

sententia cum ea forma? Sed rem paulò præsuis urgeamus: Secundum, inquit, opinionem eorum ualde communem ea forma editur. Deum immortalem, quid iam Caietano in conciliis, aut in pontificalibus decretis non erit opinio, si eius opinioni aduersetur? nam & hanc sententiæ licentiam non unquam, cum scilicet alia ratione sua placita permanere nequeunt, cum ingenti ecclesiastica potestatis incommodo, usurpare nescio quo pacto sibi solet. Aut cur si es, (ut, inquit) non modo diuini Thomæ, qui profectò multam animi pietatem, ut uirum doctissimum ac sanctissimum decebat, in huiusmodi rebus solet ostendere, sed ualde communis, ea opinio, quæ docet pœnas quoque non impositas per indulgentias condonari; non sicut eam amplexus, ut uirum doctum facere oportebat, iis præsertim temporibus, quibus ecclesiasticæ actiones non sunt hæreticorum ludibrio exponendæ? At, ecclesia utitur opinionibus, quid mirum quod ministri utantur bellâ profectò formæ indulgentiarum defensio, in qua tota ipsa quoque ecclesia pröditur ac falsitatis traducitur. Hoc certè nihil aliud est, quam ciuiis peccatum excusare, quod similia aut turpiora reges, aut magistratus designent: ac si ita Caietanus diceret, non est mirum ministros in huiusmodi formulis, opinionibus uti, quando quidem & ecclesia quandoque opiniones etiam usurpat. Sed quando obsecro ecclesia usurpat opiniones? in communi, inquit, præfatione, Quibus uerbis? iis, M A I E S T A T E M T Y A M L A V D A N T A N G E L I, C O E L I C O E L O R V M Q V E V I R A T V T E S, &c. nam usurpat eorum opinionem, qui cœlos credunt animatos. Sed quid si nunquam in mentem, præfationis conditori, siue is Ambrosius siue Gelasius fuerit, ea opinio uenerit? An non licuit ecclesia in præfatione προστατεύει uti, quemadmodum, scripturæ licuit? profectò si ecclesia illis uerbis opinionem illam usurpat, & Spiritus sanctus quoque eandem usurpabit, quod si usurpat, non ergo iam est opinio sed fides. Cœli, inquit, Dauid, enarrant gloriam Dei & opera manuum eius annuntiat firmamentum. & alibi Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes Stella & lumen, &c. Et rursus, Benedicite montes & colles domino, &c. Dan. 7. Psal. 19. K Quid?

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

Quid? hic ne usurpabat Spiritus sanctus illam opinionem? Quid si non usurpabat, sed per prosopopeiam (quæ figura miror cur Caietanum aliqui scripturarum interpretem effugerit) id loquebatur, cur non licebit ecclesia sine opinione ullius usurpatione dicere, Cœli cœlorumque uirtutes, &c. Sed miror hominem alioquin peripatheticum, quo pacto, opinionem illam ab ecclesia eo loco usurpatam, sibi persuaserit, quando etiam si illic nulla esset prosopopeia, sciebat cœlos per assentiam animatos, citra ullam opinionem. nam hi etiam, qui cœlos animatos non credunt, Aristotelicas intelligentias orbium motrices, orbibus adstantes non reiciunt; ergo quantumvis figura illo loco ecclesia non uteretur, per cœlos cœlorumq; uirtutes, nihil aliud intelligere putanda esset, quām orbium motrices intelligentias, quæ eo loco diuinum imperium ac uoluntatem exequentes, perpetuis iubilationibus Deum Creatorem prosequuntur. Sed philosophorum, aut scripturarum, aut ecclesiarum, quæ perpetuò ab scriptura non recedit, opiniculas impingere, serè est impietas. est illic quemadmodum, in reliquis scripturæ locis prosopopeia figura, qua inanimatis animatas, aut irrationabilibus rationales functiones tribuimus. Scio in canticis & lectionibus, quæ in ecclesiasticis laudibus usurpantur, non fortasse uniuersa certissima esse, quoniam neque id ad ecclesiarum uera citatem & infallibilitatem, quæ tantum in docendo & tradendis dogmatibus sita sunt, pertineat. scio deinde non semel pontifices, opinionibus in docendo uti, quoniam non semper necessaria docent, cui generi docendi tantum, Deus infallibilitatem espondit. At quantum sit discriminis inter ecclesiasticas laudes & indulgentiarum formulas, quantum sit discriminis inter eos locos, quibus pontifices opinionibus utuntur, & eam rem, de qua modò loquimur, debuisset profectò Caietanum aduertere. In ecclesiasticis laudibus non docet ecclesia, neque fidei & morum dogmata tradit, in indulgentiarum formulis, contrà, non modò docet theorice, sed practice, quod genus docendi, quando falsitati innititur, omnium est perniciosissimum. Bone Deus, an non est docere, homini, in extremo uitæ hiatu constituto, & futurarum

pœna-

Disputatio quarta.

38

pœnarum cruciatus formidanti, insinuare, se, à Christo accepta potestate, illum (modò de peccatis doluerit & confessus fuerit) in innocentia statum reuocare? quid ergo aliud uocabit Caietanus. docere? Sit ita, in ecclesiasticis laudibus, alicubi incerta usurpari, iam ne id etiam in impudentia peccatorum remissione, quæ res omnium quæ in Christiana religione uertuntur, est grauissima, perinde licebit? Qui opinione Deum laudat, nulli nocet, nulli est perniciosus, etiam si non uerum sed falsum sit, quod usurpat, qui uero intradenda remissione peccatorum, aut dubius est aut mentitur, omnino sacrilegus. Usurpare opiniones, ut opiniones, idest, nihil asseuerando, quandoque faciunt Romani pontifices, at opiniones, non ut opiniones, sed ut dogmata ingenerere, prorsus illis indignum. afferuntur autem ut dogmata ea omnia, quæ illis indulgentiarum formulis continentur, si non apud Caietanum, apud plebes tamen Christianas, quæ pontificum uerba, nunquam opiniones, sed oracula credunt. Præterea, ubi Caietanus reperit, conditores earum formarum ministros esse, non item, ecclesiam aut eius caput Rom. Pontificem? Ego, immo uero omnes, non Bullarios, quandoque blaſterones homines, sed Romanos Pontifices, auctores indulgentiarum credideram, nunc autem Caietanus ministros, idest, eos qui eas populis ingerunt, auctores mihi offert. nam si ij non sunt ministri Caietano, nescio qui alij ab eo ministri uocentur; arguit enim à maiori, ecclesia utitur opinionibus, ergo non est mirandum ministros uti. Qui sunt isti ministri? an pontificis ministri, qui bullarum expeditionibus præficiuntur? sed hi non aliud, quām pontificis uoluntatem, præcipue uero in rebus iis grauissimis scripto cōmandant. Nam si scriptores semel caufari liceat, actum est profectò de pontificum Romanorum, immo de conciliorum scriptis: semper enim notariorum oscitantiam aut aliquid aliud prætexere dabitur. Restat igitur, ut ministros apud Caietanum, Bullarios indulgentiarumque seminaires accipiamus, qui inconstruendis illis formulis opinionibus utantur. Quod quantam auctoritatem indulgentiis conciliet, cæcus est, qui non uidet. Quid enim id aliud est,

K ij quām

F. Michaelis Medinae, de indulg.

quām aperte confiteri, non ampliorem fidem iis similibusq; indulgentiis adhibendam, quām earum ministris, immo auctōribus; qui quales plerunque sint, quantamque proinde fidem mereantur, non est opus expendere. Sciat itaque Caietanus, actiones, non ministris, qui ut optimē docet Aristoteles, tantū instrumenta sunt animata, sed principali agenti per philosophiam attribui. quamobrem, si ministri opinionibus utuntur, id non ministris, sed Pontifici, qui principale est agens, est attribuendum. atque adeo nulla est hic facultas, à maiori ad minus colligendi: una enim est, utrorumque actio capit is nimirum ecclesiæ pontificis, & ministrorum, idest, instrumentorum. si ergo ministri opiniones, quasi fidem hominibus ingerunt, hoc non illis sed, principalibus agentibus, pontificibus nimirum, tribendum est. Atque id omnino sentiendum est, si ministros, sacerdotes, qui indulgentias applicant, Caietanus accipiat, illis enim cum non suo cerebro formas indulgentiarum constituant, sed in bullis pontificalibus iam præscriptis utantur, nulla opinionis usurpatio quasi auctōribus potest tribui, sed pontifici, qui eas formulas exhibet. Quod autem Caietanus uerba illa, Q V A N T V M S E E S T E N D V N T C L A V E S E C C L E S I A E, titubantis esse dicat, nescio quo pacto tolerari queat, cum prorsus incontrariū sensum, ea periodus adiiciatur. ut enim nulla remaneat dubitatio, & ut molestæ ac friuolæ interpretationes, quæ mentem pontificum confundere solent, procul pellantur, quod superius ex Bonifacij uerbis satis aperuimus, ea uerba adiici solent: Nam cum pontifex apud Christianos uniuersos, persuassimum supponat, Petro à Christo commissam potestatem, non modò ad impositas sed ad non impositas quoque pœnas se extendere, ne aliquis scrupulus superficit, qui fidem, suscipientis indulgentiam aliquo pacto minuat, ea uerba addit; quod etiam inculparum absolutionibus plenariis agere solet, quas tamen ad uniuersas culpas se propagare, non poterit inficiari Caietanus. Quod si ea uerba dubitantis sunt, ut Caietanus censet, non est tamen cur ea ministris, qui uti diximus instrumenta sunt, tribuantur, sed pontifici, atque adeo pontifex.

cum

Disputatio quarta

39

cum indulgentiam tribuit, de sua potestate dubitat; nam de sua uoluntate non est cur ambigat. Exempli gratia, quando Bonifacius in extrauaganti, Antiquorū, protestatus est, se tam integrum peccatorum indulgentiam impertire, quantum, ecclesiæ claves se extendebat, non quidem de sua uoluntate (de hac enim certissimus erat,) sed de sua potestate dubius erat. ac si diceret, Ego quidem, non satis scio an uobis, omnium peccatorum, quorum pœnas impositas non dum accepistis, ueniam elargiri queam, tamen si aliquid in hac parte possum, quod in me est, hoc uobis impertio. idēq; de reliquis indulgentiis, quæ peccatorum per pœnitentiam expulsorum, uniuersalem ueniam & quoddam innocentia genus pollicentur, sentiendum erit, si ea uerba, ut docet Caietanus, sint dubitantis,

S E D iam secundam, eius responsionem in examen uocamus: ait, formulam indulgentiæ, in qua status ille innocentiae præmittitur, intelligi debere, ex meritis indulgentiæ, ita quod restitutio ad baptismalem puritatem non intelligatur fieri simpliciter & absolutè, sed quantum est ex parte indulgentiæ. Accipio, nec enim hucusq;, quisquam, indulgentias & pontificum uenias, aut pœnas condonare, aut ad baptismalem statum reuocare intellexit absolutè ac simpliciter; quid enim tunc obstaret, quod minus fidei esset articulus, credere omnium peccatorum, quorum pœnitentia in nobis præcessisset, nos reatus pœnarū abiecisse? Quin, neq; ipsa Christiana sacramēta absolutè & simpliciter, sed quantum est ex parte eorum, iustificare suscipientes dicuntur. Si quis enim eis male utatur, non modò iustitiam non recipit, sed sacrilegium committit. Ergo indulgentiæ aut pontificales uenia, non absolutè ac simpliciter, sed quantum ad se attinet, cum illa formam retinent, innocentiam conferunt. Sed id (hoc est, ex parte sua conferre baptismalem iuuentiam) Caietani indulgentiis, quæ tantum ad iniunctas pœnitentias propagantur, conuenire non potest; illæ enim non ab omnibus pœnis, quantum ad se attinent, liberant, sed illis tantummodo, ad quas à conferente diriguntur. diriguntur autem Caietano auctore, ad impositas tantum, quantum ergo est, ex parte sua

Eliditur se
cunda Ca-
iet, respon-
sio.

Retorqe-
tur Caiet.
ratio in an-
torem.

&

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

& per se & emeritis suis, non conferunt baptismalem innocentiam, sed tantummodo impositarum pœnarum immunitatem. illud enim per se actioni alicui conuenit, ad quod ab agente dirigitur, cætera omnia per accidens contingunt.

A t , ecclesia præsumit arbitratas ac iniunctas esse uerè pœnitentibus condignas pœnitentias. Sed hoc tum falsum est, tum etiam à proposito alienissimum. falsum quidem, quoniam ecclesia nihil præsumit, nisi quod facit, aut legibus uiuidis, idest, quæ hominibus in uiridi (quod aiunt) sint obseruantia: sanxit nunc uero neq; ecclesia, condignas illas pœnitentias imponit, neque ulla lege, quæ nunc uigeat, imponendas præcipit, neque est de sacramento pœnitentia ratione, aut eas acceptare, aut eas imponere. Nam licet quorundam Theologorum sententia , pœnitens ad explendam sacramenti rationem, quod tribus partibus, contritione, confessione ac satisfactione constat, aliquam pœnam à sacerdote imposita acceptare teneatur, quod tamen non omnes persuasum habent, quod eam in purgatorio luendam seruare possit, nullus tamen hucusque docuit, aut sacerdotem ad iustam pœnitentiam pœnitenti demandandam, aut pœnitentem ad acceptandā, ullo iure obligari. non ergo illa iuridica præsumptio foret, sed prorsus temeraria ac proinde ecclesia indigna. Sed quo pacto ecclesia præsumat, quod est prorsus impossibile? præsumptiones, aut sunt eoru quæ legibus uiuidis (ut dicebamus) constant, & tunc iuridiciales appellantur, aut sunt eorum, quæ naturæ impulsione, homines communiter facere assolent, & morales dicuntur. iam ad quod horum generum hæc ecclesiastica præsumptio pertineret? non quidem ad prius (ut probauimus) quoniam de huiusmodi condignis pœnitentiis, nullani, quæ nunc à sacramenti pœnitentia ministris obseruetur, legem tulit ecclesia . nec etiam ad secundam, quoniam non modò id frequenter fieri non solet, sed neque ullo pacto absque cœlesti reuelatione fieri potest. quis enim peccatorum atrocitati ac deformitati condignam pœnitentiam eique per omnia respondentem taxare potuit? Inimo neque de hac re ueteres illi ecclesiastici patres, quibus aliquanto tempore, grauissimæ illæ, quas antea enarrauimus,

pœnitent-

Caietan.
diffugium

Dilutio.

Disputatio quarta.

40

pœnitentia in usu fuerunt, de hac re fuerunt solliciti. Iniungebant illi quidem atroces punitiones ac pœnitentias, at nunquam putabant, se sceleris immanitatem compensare, sed multam pœnae debita partem, diuinæ iustitiæ aut misericordiæ, quod eorundem pœnitentiales canones insinuant, committebant. At faciebant, quod erat in se, atque ad iustitiæ lancem pœnas peccatorum expendebant. ita est. Sed cum scriptum scirent, Si iniuriantes obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? nunquam erant tam insolentes, ut sibi iustiarum pœnitentiarū taxationem arrogarent. Quamobrem, etiam si nunc in usu ueteres illæ pœnitentia forent, immo etiam si easdeni, non humano tantum, sed diuino quoque iure, & sacerdotes imponere, & pœnitentes acceptare tenerentur, adhuc nihil aliud neque moraliter neque iuridicè ecclesia præsumere potuisset, quam sacerdotes quidem, quod in se erat, præstissem, non tamen eosdem uniuersum pœnarum cumulum, ad iustitiæ æqualitatem compensasse, sine ingenti temeritati præsumere aut iudicare potuisset. Fit igitur, ut nulla rationabilis præsumptio, eas formulas, quibus baptismalis innocentia status promittitur, si ad uniuersas siue impositas siue non impositas pœnitentias, non extendantur, à manifesto & impudenti immo perniciose mendacio excusare queat. Neque tamen hic dico eas præsumptiones, quæ cum ratione coniunctæ sunt, non ad id tantum, quod fieri debet, sed ad id, quod frequentius re ipsa fit, expendendas. Nam esto, ecclesiam sanxisse, & pœnitentes acceptare, & sacerdotes imponere debere pœnitentias condignas, & ad iustitiæ libram & exatmen æquales: esto id sit possibile, an non attendit Caietanus sacramentum pœnitentia, immo, & episcopalia munera, non semper à Caietanis, idest, à uiris doctis, qui lepræ à lepra discernere, grauitatem quæ peccatorum ad iustitiæ normam exigere nouerint, traxari? An non attendit eorundem ministrorum oscitantiam aliquando, etiam si summa forent prædicti sapientia, iustum illam taxationem impedire ac inturbare potuisse? profectò ecclesia non est aliud in indulgentiarum collatione, quam summus ecclesia pastor, potestate remittendi peccata

præditus

Obiectio
Dilutio.

F. Michaëlis Medinae, de indulg.

præditus. At hic nescit, quot sint sacerdotes, qui hoc sacramentum (non omnino male) ministrant, ignorantia, ac socordia præditi? an ignoratis, non tanti fieri hodie peccatorum grauitatem, ut in ea ad iustitiae regulas exigenda, confessarij immoriantur? tantum ergo abest; ut cum ulla ratione, pontifex iniunctas fuisse iustas peccatoribus pœnitentias arbitretur, ut potius contrarium omnino præsumere teneatur. neque est in uniuersa ecclesia Christianus nullus, (satis hoc mihi persuadeo) qui ex communi conuictu & ex communib[us] ecclesie moribus, id ipsum non sentiat. Neque uero hi mores adeò sunt repræhensibiles, ut contra eos, omnes mortales agere, non sit credibile. Nam id (logice aut metaphysicè nescio, moraliter sat scio) non esse posibile, non enim moraliter posibile est, ut hoc taxandi peccatorum pœnitentias munus, semper recte fiat, cum neque id suendi calceos artificio concedatur. Demum, licet ecclesia fortasse in peccatorum correctione aliis ue forensibus functionibus, præsumptionibus ac præiudicijs utatur, quoniam illic certi rigoris tenor sit obseruandus, at in indulgentiarum elargitione, ubi nihil magis intendit, quam uiscera misericordia suis aperire, Christique sanguine peccata filiorum, maxima qua potest liberalitate abluere, eidē præsumptiones impingere, à ratione alienissimum. Quod si in hac parte erga peccatores aliqua præsumptione agendum est, ista est maximè iuridica & moralis, quod nullis regulis, canonibus, aut sophistis præsumptionibus circumscripta, sed in sua illa ingenti latitudine, Christi misericordia indigeant. Iuridica præsumptio deinde est, putare per humanam fragilitatem non licuisse ad iustum peccatorum mensuram pœnitentias expendere. Sed, hæc in secundam nostræ rationis dilutionem dixisse sufficiat. nam reliqua omnia, quæ, in hanc rem Caietanus agerit, quam contra omnem rationem scripta fuerint, ex his facile dijudicari poterit.

N V N C ad quartam rationem peruenio. Ea autem ab indulgentiis, quæ defunctis tribuuntur desumitur. Sic itaque in sententiam Caietani arguemus. Indulgentiae quæ defunctis deferuntur, non dantur de iniunctis pœnitentiis,

ergo,

Disputatio quarta.

41

ergo, aliquæ indulgentiæ non dantur de iniunctis, &c. A sumptio probatur, nam, illis, in ea peccatorum confessione, quam in extremis exercent, triennales, septennales, &c. pœnitentiæ imponi non possunt, & tamen hæc in huiusmodi indulgentiis indulgeri consueuerunt.

G R A T I S concedit nobis Caietanus, animabus quoque purgatorijs, non nisi de impositis & iniunctis pœnitentiis indulgentias, exhiberi neque id alia ratione, quam ea quam nunc elisimus, ecclesiam nimirum supponere, iustè impositas & iniunctas fuisse pœnitentias, &c. Itaque Caietano auctore, eorum animæ, qui in uitæ extremo, triennales, quinquennales, quinquagennales, & centennales, pœnitentias aut sex, septem, decem, uiginti ieuniorum quadragenarum, à sacerdote impositas non acceperunt, à poenis purgatorijs, per uniuersam ecclesiasticam potestatem liberari non possunt. Ergo Caietano, auctore, re ipsa nunc frustratoria ac ridicula sunt pontificum in animas purgatorijs impensa indulgentiæ, quoniam nunc huius generis, spiritum redentibus, in ecclesia non imponuntur pœnitentiæ. Sed quis per Deum immortalem (quæso te lector,) sacerdotum, adeò insaniret, & ab omni prorsus iudicio alienus esset, ut semimortuo homini, uel nunc, uel olim cum maxime omnium in peccatores fæuiebat ecclesiastica disciplina, quadragesimales imponeret abstinentias, aut triennia quadriennia, septennia, &c. pœnitentiarum infligeret? Immo hæc erant, (quod non obscurè innuit innumeris in locis Cyprianus) prisorum illorum patrum consuetudo, ut quamlibet grauissimi peccatores & scelerofissimi homines, instantे tamen morte gratis pacem acciperent, id est, gratis absoluenter, quod nimis illis stultum uideretur, in alio sæculo, luendas pœnitentiæ indicere. Ergo corruit in hac quoque parte, ecclesiastica illa Caietani præsumptio: ecclesia enim nequit omnino præsumere, id, quod neque unquam usurpanit, neque cum iudicio ac sine hominum risu usurpare potuit.

D E M U M , aut Caietanus, ecclesiasticam potestatem, ad impositas pœnitentias, posse extendi credit, aut non. non posse ad eas extendi, (ut non semel diximus,) non dicet, quo-

Ratiōs. in
Cœst.

L niam

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

niam id erit aperte cum Lutherò consentire, qui tantum canonicas pœnas, ob peccata impositas, Pontificem posse per indulgentias condonare, ut antea diximus, docet. Quod si ad iniungendas quoque extendi potest, quantum est ex potestate pontificib. à Christo traditæ uirtute, id tamē de facto (quod aiunt) fieri negat, ergo eo loco, quo potestatem suam pontifex non coercet aut limitat, ad pœnitentias impositas, nullo pacto indulgentia restringenda est. Nam cur si id potest Pontifex, aliquando non præstabit? aut cur id non est præstare iudicandus, quando uel homine ad baptismalem innocentiam reuocare, aut alia quacunque ratione plenam pœnarum ueniam exhibere nititur?

HINC iam proditur, quo sensu illud sit accipendum, quod in indulgentiarum formulis quibusdam, Caietanus, scribi refert, IN FORMA ECCLESIAE CONVENTA, quod ille ad suos illos sacros canones, quibus cunctas indulgentiarum formulas metitur, reduci credit. quasi iis uerbis nihil aliud significetur; quam omnes indulgentias de impositis pœnitentiis tribui. non enim ad impositas tantum, sed ad non impositas quoque pœnitentias extendum est: cum illæ quoque (immo quam aliae frequentius multò) à Pontificibus donentur. Quin id potius ad non impositas nostro sèculo pertinere certò credendum est, cum iam impositæ pœnitentiaz, ut olim, in indulgentiis non condonentur, sed absolutè omnes.

ATQVE hæc in Caietani sententiam, omnino præter nostrum institutum, qui stueramus in Catholicae religionis aduersarios tantum, toto hoc opere stylum dirigere, non contradicendi studium dicere nos impulit, sed quod uideamus hac illius opinione, non minus sacras indulgentias, quibus nunc ecclesia utitur, risui hæretorum hominum exposuit, quam si omnino earum conferendarum potestas aperte negaretur: sunt quæ hæc tantò nocentiora quātò nō ab hæreticis & ecclesiæ aduersariis, sed à Catholicis hominibus & summa quadam eruditio ac dignitate præditis, bono tamen gelo (non ambigo) prodierunt.

SED iam ad quintam disputationem accedamus; in qua etiam

Disputatio quarta.

42

etiam multa, non modò ex sancta scriptura, sed ex veterum patrum monumentis proferemus, quæ ad usus indulgentiarum antiquitatem ostendendam, subservient: simule; eam aduersariorum obiectionem diluemus, qua contendunt, has, quas diximus pœnarum relaxationes aut condonationes, tantum esse intelligentias in ecclesiastico, & externo foro, non item in diuino iudicio.



Lij Quod

*Quod Christus, tribuendi uenias peccatorum sive
indulgentias, ecclesiæ potestatem reliquerit.*

*¶ quo loco. Proponiturq; deinde de ea
re, Ioannis Rosensis sententia.*

Cap. XV.



Rgo an huius usus indulgentias largiendi, fuerit à Christo ecclesiæ tributa aliqua potestas, oportet, inquiramus. Etsi enim Catholici homines, quiue aliqua Christi prouidentia ecclesiam gubernari putant, indulgentias tribui, in Christianis moribus situm esse, satis habeant, ut aliquam eorum conferendarum potestatem diuinitus institutam fuisse, certissimò sibi persuadeant, præfertim summorum pontificum ac conciliorum accendentibus diffinitionibus, eius tamen ingenij sunt aduersarij nostri, ut nulla quantumuis inueterata consuetudine, nullo quantumvis ueteribus ecclesiasticis patribus usurpatu usu superentur; quod nimirum, iam penè ab ipsis Apostolicis temporibus, multos abusus superstitionesque ritus, ecclesiam inuafisse pro caciter causentur. Ergo non alio armorum genere, quam quo hucusque pugnauimus, sunt nobis in hoc certamen prouocandi, Dei nimirum uerbo atque testimonio, non ullo hominum sensu diluto, sed puro: ad cuius aciem cunctas de Christiana religione controuersias exigi cupiunt. In hac autem parte, quid prius aliis hac de re uisum fuerit, explicabimus, post deinde nostram sententiam in medium ponemus.

IOANNES itaque Rosensis, uir præter martyrij gloriam, citra ullam controuersiam eruditissimus, libro, quo Martini Lutheri in Leonem decimum pontificem maximum uirus retundit, non aliunde indulgentias tribuendi potestatem elicit, quam ex Matthæi sextodecimo capite, quo Christus

stus

stus Petro ob egregiam confessionem, ligandi atque soluendi potestatem indulxit. Nam cum tres in uniuersum, loci reperiantur, quibus Christus Apostolis in peccata auctoritatem tribuerit; Ioannis nimirum uigesimum caput, Matthæi decimum octauum, & hoc quo Petro soluendi atque ligandi potestas tribuitur. Primum, ad sacramentum penitentiae: Secundum ad iuridicalem processum forensesque tantum penas: Tertium, ad hanc, de qua loquimur potestatem, pertinere contendit. In qua re comprobanda, ea potissimum ratione utitur, quæ ab horum trium locorum discrimine ac differentia suntur. Nam eos omnes locos, ad unum euodemque sensum perindeque ad unam eandemque potestatem referre, longè putat absurdissimum, cum ea, quæ præcedunt ac sequuntur, non de una eademque re, Christum omnibus illis tribus locis uerba facere, per se ipsa satis ostendant. Enim uero Ioannis uigesimo cap. Christus Spiritus sancti insuflationem præmittit, quam tamen in reliquis duobus locis non tribuit, atque continuo adiungit, *Quorum remiseritis peccata, &c.* Matthæi 18. prius agit de fraterna correctione, atque postea subdit. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut & ethnicus & publicanus. amen dico uobis, quæcumque alligaueritis super terram, alligata erunt & in cœlis, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Matthæi uero 16. præcedit Petri celebris de Christi diuinitate atque humanitate confessio, in cuius præmium subiungit Christus, *Et ego dico tibi, Quia tu es Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis, & quodcumque ligaueris, erit ligatum.* O S T E N D I T V R deinde horum trium locorum differentia, ex ipsa loquendi forma, quæ licet eadem in omnibus uideatur, est tamen diuersissima. Nam ut prius eum locum, qui Matthæi 16. ponitur, cum duobus aliis committamus, quis non uideat, in illo, Christum tantummodo Petro uerba facere, cum in iis contrâ, non modo Petro, sed reliquis omnibus in uniuersum Apostolis loquatur? Deinde in eo,

qui

*Triū euā
gloriorum
locorum dī
scrimen.*

qui Matth. 16. ponitur, fit ab eo claviū regni cœlorum, mentio, cum in duorum illorum altero, neque regni cœlorum, neque clavium ulla fiat memoria, in altero uero, quāmuis cœli in singulari, clavium tamen nullo pacto meminerit.

T E R T I O', in hoc loco, qui Matthæi 16. scribitur, distributio super singulare cadit. Quodcumque, inquit, ligaueris: cum in aliorum altero, nulla sit distributio, in altero uero, sit quidem, sed super uniuersale, Quæcumque, ait, alligaueritis, &c.

Q V A R T O' Matthæi 16. ponitur uerbum soluendi, in illorum uero uno, remittendi, in altero, alligandi: constat autem ligandi uerbum contrariam habere omnino significacionem, uerbo soluendi, remittendi autem, si non contrariam, prorsus, differentem tamen ab absolutione aliquantulum. Remittere ad Deum propriè perrinet, iuxta illud, Solus Deus potest remittere peccata, soluere autem, non tam artam significationem habet, cum soluendi munus, aliis etiam conuenire nil repugnet.

Q V I N T O', si hic locus qui Matthæi 16. ponitur, cum aliquo illorum in sensu coiret, maximè profectò cum illo, qui apud eundem Euangelistam 18. capite collocatur: nam cum illo, si uerborum speciem attendamus, potissimum conuenire uidetur, sed cum illo non est idem, ergo est ab illis duobus prorsus diuersus, ac perinde diuersum habet sensum. Verum quod non sit idem locus cum illo altero, uel hinc evidenter probatur, quia ab uno & eodem Euangelista traditur: neque sunt adeo ταυτογονι Euangeliæ, ut unam & eandem rem, sepius inculcent & repitant, cum contraria, nulli inter uniuersos scriptores, in euangelicis gestis enarrandis, sint succintiores. Quanquā enim plures Euangeliæ unam & eandem rem scripto prodiderint (quod tamen non caret apud eos, qui penitius euangelicas historias expendunt, magna controuersia, dum credunt multum quidem similia, non item eadem referri) nunquam tamen unus & idem euangeliæ, unam & eandem rem sepè repetit, aut diuersis, quæ semel iam enarrauerat, locis reuocat. quod cum alias sicut uerum, in hac tamen parte uerissimum esse oportet.

tet: cum hi duo loci uno solo capite distent.

H A B E M V S igitur, locum qui Matthæi 16. ponitur longè diuersum esse ab illo, qui uel Matthæi 18. uel Ioannis 20., & Matth. 18. inter se Loci Io. 20. collocatur. Nunc iam duos hos postremos, in quibus Christi cōseruntur. stus omnibus in commune Apostolis loquitur, inter se conferamus. Enim uero locus Matthæi 18. uerbo ligandi utitur. Quæcumque, inquit, alligaueritis, &c. contrà, locus, Ioannis, uerbo retinendi, at non est idem ligare & retine-re, ligare enim est recens uinculum iniicere, retinere autem est in antiquo uinculo seruare, quo quisquam fuit antea.

E S T etiam in uno, quām in alio contraria loquendi ratio; nam apud Ioannem prius ponitur remissio, deinde retentio, apud Matthæum autem, prius ligandi auctoritas, deinde soluendi.

A D hæc Matthæi historia, ante mortem Christi accidit, contrà, Ioannis, post resurrectionem,

Q V A R T O', apud Matthæum, non traditur Spiritus sanctus, apud Ioannem uero traditur.

Q V I N T O', Ioannes rectè ab aliis explicatas historias, Lib. de air. potissimum à Matthæo, repetere non solet, immo uero ut illus. de eodem Hieronymus docet, tantum ea scripsit, quæ alios Euangeliastas omisisse uidebat.

E X hac trium locorum differentia, tres proinde prorsus à se distinctas potestates à Christo erga peccata traditas, necessariò colligit. Prima est iuridicalis ac forensis, quæ cum prius in foro externo ecclesiastico, per excommunicationem liget contumaces & rebelles Christianos, eosdem postea in ecclesiam, sequuta penitentia, recipiat, quæ potestas Matthæi 18. sub his uerbis cunctis in communione Apostolorum indulgetur, Amen amen dico uobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæ solueritis super terram erunt soluta. Vnde prius Christus triplicem monitionem præmittendam prædictit: & subinde, Si ecclesia, inquit, non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, amen dico uobis quæcumque, &c.

E T ut ratam firmamque ecclesiastica censuræ sententiam ostende-

Tres in pecatores potestates à Christo ecclesiastidas.
Ex Rofen. sententia.

ostenderet, subiungit statim, Iterum dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re, quam cunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Cum uero hæc sententia, cum Euangelica, quam Christus idem docuerat, mansuetudine parum conuenire uideretur, quæ cädenti maxillam unam, alteram præbere consulebat, Petrus commotus, an semper is forensis processus in peccatis fraternalis emendandis obseruandus esset, dominum interogat, quoties ante hunc eundem ecclesiasticum processum fratri noxa esset remittenda, Domine, inquit, quoties peccabit in me frater natus & dimmittam ei, usque septies? Cui respondit Christus. Non dico septies, sed septuagies septies: quod subinde parabola illa nequam & ingratis serui, qui cum grauissimi ac maximi debiti indulgentiam à Domino suo accepisset, propter pauculas tamen pecunias, conseruum crudeliter suffocabat, ac si apertius discessisset, Habes Petre, quid tibi sine peccato in fraternalium iniuriarum persecutione liceat, ut scilicet prius ex caritate, corrigas, deinde tandem si frater contumax perduellisque fuerit, ecclesiastica potestati puniendum aut tandem ecclesia extrudendum per denuntiationem tradas. Quod si Euangelica, quam ego docui, mansuetudinis perfectione utilellis, hic forensis ac iudicialis processus locum non habet, sed fratri in te peccanti, absque ullo termino aut numero remittes iniurias; ut tibi quoque peccata, quibus in Deum non fratrem aut cōseruum, sed auctorem tuum, quotidie delinquis dimittantur.

S E C U N D A potestas est, qua sumpta Dei persona, in sancto pœnitentiæ sacramento, à legitimo sacerdote, facta iam peccatorum exomologesi, eadem peccata remittuntur; Quæ potestas tantò reliquis omnibus excellentior est, quanto remittere peccata soli Deo propriè conuenit, soluere uero non soli, sed aliis quoque per modū ministerij potest committi. quod in Lazari suscitatione Dominus patefecit, dum per suam solam potentiam uita diuinitus infusa, eundem **Iean. 11.** Apostolis resoluendum tradidit. atque hæc potestas sacramentalis

mentalis Iohannis 20. illo capite, omnibus Apostolis iam sacerdotio decoratis, atque adeò uniuersis postea futuris sacerdotibus, sub his uerbis exhibetur, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Verbum profectò remittendi, quod hoc loco ponitur, aperte indicat, hanc potestatem longè ab illa priori diuersam esse. indicat etiam, eandem ad sacramentum attinere, in quo, induta Dei persona, legitimus sacerdos diuina auctoritate peccatis absolvit. Non enim qui absoluit homo tantum est, sed homo potestate Dei prædictus. Ostendit etiam id Spiritus sancti distributio, nam in solo sacramento spiritus donatur. In duabus autem Matthæi locis, quod ad illas potestates, quæ eisdem exhibentur, ministrandas, Spiritus sanctus necessariò non exigatur (factum enim tenet quod per earum fit ministros, etiam si eo destituantur) nulla fit Spiritus sancti mentio.

T E R T I A tandem potestas, à duabus his prioribus diuersa est: quæ non in contumaciam ut prima, neque in culpas ipsas ut secunda, sed in penas & reatus, qui facta iustificatione perseuerant, suas actiones exercet. Quæ potestas loco illo Matthæi 16. Petro apostolorum principi, in celebris confessionis præmium, à Christo traditur his uerbis, Quodcuque solueris super terram, erit solutum & in cœlis, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis. Nam quod hoc loco Petro dispensandi ac tribuendi peccatorum indulgentias tribuatur, præter ea, quæ superius adducta sunt, multa alia quoque ostendere uidentur. Primo quidem, quod presentibus cæteris Apostolis, hæc potestas soli Petro tribuatur; neque uero quocunque pacto, sed in fidei & confessionis præmium, & quasi singulare præuilegium. Nam cum quærenti Christo, quo loco eum Apostoli haberent, aut quem eum esse dicerent, respondisset, **T Y M C H R I S T V S F I L I V S D E I V I V I , &c.** Collaudata confessione, ut quæ non à carne & sanguine, sed à patre cœlesti fuisset reuelata, continuò adiungit. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus

M eam

F. Michaelis Medinæ de indulg.

eam , & tibi dabo claves regni cœlorum , & quædçunque solueris , &c. Donatur profectò hæc potestas Petro , quasi exhibita confessionis præmium : reliquæ uero duæ , non quasi præmia , sed quasi res ad ecclesiasticum conuictum necessariæ , cunctis in uniuersum Apostolis tribuuntur . Vna quidem , qua secreto foro , pœnitens peccator absolueretur , altera , qua ciuiliter & in externo iudicio publica peccata iudicarentur & punirentur . Cum igitur hæc potestas , quæ hoc loco Petro à Christo traditur , non sit sacramentalis , neque sit tantum iuridicalis ac forensis , alia esse non potest , quam ea , quæ per misericordes indulgentias , reatus peccatorum condonat , has enim tres tantummodò potestates ecclesiastici agnoscimus .

D E I N D E Petrus reliquis omnibus Apostolis non uno loco fuit præpositus , oportebat , igitur , eidem eam potestatem tradi , quæ iis omnibus , quæ reliqui tribuebantur , excelle tet . Vnde cum illa , quæ Matthæi 18. omnibus Apostolis tribuitur , cœli meminerit in singulare , id est , unius ecclesiæ , ea tamen , quæ Petro tribuitur , ad omnes cœlos , id est , ad omnes ecclesiæ & fidelium hominum congregations se extendit , ad uiuorum nimirum & mortuorum , sed purgatorio detentorum . ad iustorum demum beatorumque ecclesiam . ad omnes enim , hæc potestas extenditur , dum uiuorum hominum siue mortuorum reatus , qui quod minus felicitas obtineretur , impedimento erant , per eandem profligantur . Vnde maior hæc perfectio , non est intensua aut essentialis , sed extensiua , nam si essentiali perfectione hæc tres potestates conferantur , illa profectò , quæ sacramentis est , reliquis omnibus excellere uidetur , quod in ea , & peccatorum culpæ diluantur , & gratia condonetur . Est igitur in hoc sita huius potestatis excellentia , quod per eam , quæ Ioannis . 20. tribuitur , simplicibus quibusq; sacerdotibus , iuxta Ecclesiasticas constitutiones non impeditis , liceat à peccatorum culpis absoluere : per eam deinde , quæ Matthæi . 18. exhibetur medijs , id est , episcopis , in publico foro , publica peccata , & quibus annexa est contumacia & inobedientia , corrigere & emendare , per hanc demum , quæ Petro à Christo in præmium

Disputatio quinta.

46

mium confessionis tribuitur , tum illis , tum illius successoribus , liceat , aut ex ecclesiastico thesauro tantundem rependendo , aut ex tributa sibi potestate , pœnas peccatis iam per pœnitentiam , quod ad culpam attinet , abolitis , debitas condonare . Atque hunc esse coelestem illum ecclesiæ ordinem , quem hæretici summo odio prosequuntur , (cum tamen nihil sit ordine pulchrius) arbitrari possimus . Sed de hac re Originem audiamus . Oportebat , ait , aliquid maius habere Petrum , præ aliis , ideo quidem sic dicit . Et tibi dabo claves regni cœlorum , & quæcunque solueris super terram , erunt soluta & in cœlis , & quæcunque ligaueris super terram , sint ligata . Non ergo modica differentia est , quod Petro quidem datæ sunt claves , non unius cœli sed multorum cœlorum , ut quæcunque ligauerit super terram , sint ligata non tantum in uno cœlo , sed in omnibus cœlis . Ad eos autem , qui multi sunt ligatores & solutores , sic dicit , Ut soluant & alligent , non in cœlis sicut Petrus , sed in uno cœlo , quia non sunt in tanta perfectione sicut Petrus , ut alligent uel soluant in omnibus cœlis . Quantò ergo melior fuerit , qui ligat , tantò , qui alligatur amplius , quam in uno cœlo alligatur , & quantò melior fuerit , qui soluit , tantò beatior erit , qui soluit , quoniam in omnibus solutus est cœlis . Hacenus Origenes .

D O C E T itaque Ioannes Rofensis , hoc tertio loco indulgentias peccatoribus conferendi , aperte Petro potestatem à Christo tribui , nihilque aliud esse hoc loco peccata solvere , quam eorundem pœnas condonare & indulgere .

*Quorundam in Rofensis sententiam obiectiones dñi
Iuuntur .*

Cap. XVI.



Eque uero , ea , quæ in hanc sententiam à quibusdam coniiciuntur , eandem adeo urgent , ut non integra solidaque permaneat . Nam quod principio aiunt , per Christū , iis uerbis , quæ Matthæi 16 , referuntur , non soli Petro ,

M ij sed

*Homil. 6.
in Matthe.*

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

sed omnibus in uniuersum Apostolis , fuisse tributam soluendi potestatem , ac proinde nullo pacto , ab ea , quæ eiusdem Euangelistæ 18. cap. traditur , esse diuersam falsum esse , ea , quæ de horum locorum differentia superius annotauimus , aperte comprobant . Nihil enim magis hucusque tum ex præcedentibus , tum ex sequentibus , tum ex ipsa uerborum forma , tum demum multis ex aliis rationibus , quas attullimus , contendimus , quâm illos tres locos sensu ac sententia prorsus esse diuersos . Petrus enim uero erat eo loco , qui Christo responderat , eius , non item aliorum Apostolorum confessionem Christus commendat ; ergo illi , non reliquis item Apostolis , confessionis præmio Christus tribuit . Quam rem quod ad Petri primatum pertineat , quem nos alibi exactius pertractamus , nō amplius urgebimus . Nemo profectò nescit , ea uerba , quæ huius potestatis institutionem præcedunt , ad solum Petrum pertinere ; cur ergo & ista , quæ immodicite annexuntur , ad eundem quoque nona pertinebunt ? Itaque quemadmodum ex hoc loco , primatum non omnibus in commune Apostolis , sed Petro tantum tributum inficiari non possumus , ita hanc ligandi & soluendi potestatem , quæ eodem loco , & eadem periodo , collocatur , ulli alteri quam Petro Apostolorum principi , tribuere ratio non permittit .

R E S P O N D E M Y S secundò , negando consequentiam , nequè enim recte colligitur , si Christus eo loco non tantum Petro sed ceteris quoque Apostolis eam potestatem tribuit , ut périnde non sit in ecclesia hæc tertia potestas indulgentias peccatoribus tribuendi , aut remittendi poenas peccatorum extra sacramentum & extra forense iudicium : nisi doceatur hanc potestatem & illam , quæ Matthæi 18. traditur , esse prorsus eandem , quod nunquam fiet .

T A L E est , quod deinde alij obiiciunt ; Christum Matthæi 16. Petro in persona omnium Apostolorum auctoritatem soluendi ac ligandi promississe , Matthæi 18. eandem met omnino omnibus ac singulis tradidisse . Nam quâm sit hoc falsum , ipsa ratio loquendi utrobique nō dissimilis abunde ostendit . Enim uero , quemadmodum uno loco uerbum futuri ponitur , ita & in alio . Matthæi 16. dicitur , Quodcunque

Secunda obiectio.

Dilectio.

Disputatio quinta.

47

cunque solueris , & quodcunque ligaueris , Matthæi uero 18. eadem prorsus forma , Quæcunque alligaueritis , & quæcunque solueritis . Deinde ex Euangelica historia , immo ex ipsa ratione constat , Apostolos actu non accepisse soluendi & ligandi , remittendi aut retinendi peccata potestatem , quo usque habuerunt oues ; quas ligarent , & soluerent , & quo usque possederunt populos , quibus peccata dimitterent . Nam potestatem remittendi & retinendi peccata , quæ tam magis multò propria est & intrinseca Euangelico statui , quâm quæcunque alia potestas , post resurrectionem tantum acceperunt . Accipite , inquit , Spiritum sanctum , &c. *Ioh. 20.*

Matth. 18.
& Mar.
16.

Potestateni etiam prædicandi , Euangelium , ad quam tamen aduersarij totis uiribus hos duos Matthæi locos pertrahere coniuntur , licet post resurrectionem acceperunt , cum à Christo in uniuersum mundum abire & Euangelium omni creaturæ prædicare præcipiuntur , eiusdem tamen potestatis executionem , usque ad Spiritus sancti aduentum retinere iubentur . Vos autem , inquit , manete in ciuitate , donec in diuamini uirtute ex alto .

Luc. 24.

D E M Y M , iam probatum est , non modò ex ipsa uerborum ratione , sed Originis quoque testimonio , ampliorem potestatem esse eam , quæ Petro Matthæi 16. traditur , quâm eam , quæ omnibus Apostolis 18. exhibetur , non igitur potuit esse eadem .

Obiect. 3.

T E R T I O , et si Christus , aiunt , Matthæi 16. Petro tantum loquatur , non tamen de potestate condonandi peccata aut concedendi indulgentias loquitur , sed de potestate ciuili ferendi leges , quæ ad ecclesiasticæ reipublicæ gubernationem pertinent .

Dilect.

R E S P O N D E M Y S , id falsum esse omnino . Nam potestas ferendi leges , quæ est , ad ecclesiam moderandam Petro non quatenus ecclesiastico principi , sed absolute quatenus principi cōuenit : omnis enim princeps potestatem haberet ligandi & soluendi legibus , eos , quibus præficitur , Petro autem , non quâ princeps erat , eo loco potestas soluendi & ligandi tribuitur , sed quâ erat ecclesiasticus princeps , cui non modò per salubres leges peccata præcauere incumbit , sed etiam ,

F. Michaëlis Medinae, de indulg.

etiam, quæ iam sunt contracta diuina potestate, qua prædet, absoluere. Nam quod quæ erat ecclesiasticus princeps, illic Petro potestas ligandi atque soluendi tribuatur, quæ præcedunt uerba aperte ostendunt. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi, id est (peccata ut doctiores ac uetusiores interpretantur) non præualebunt aduersus eam. adiungitque statim. Et quodcunque solueris, &c. ac si apertiùs, eius, quod dixest, portas inferi, id est, peccata aduersus ecclesiam non præualeitas, rationem & causam redens, dixisset. Ideo peccata non præualebunt, quoniam tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque solueris, &c. Loquitur igitur Christus, de aliqua potestate, qua peccata non per modum sacramenti, qui non soli ecclesiastico principi, sed omnibus quoque sacerdotibus conuenit remittantur, sed per modum auctoritatis, qui tantum summo illi principi, super quem ecclesia fundanda erat, aptus esse uidetur. Hæc autem nulla alia esse potest, quam illa, qua indulgentias conferendo, pœnas peccatorum temporarias diluit.

P R A E T E R E A potestas ligandi & soluendi legibus, cum sit merè ciuilis, non fundatur in fide, sed in politica tantum auctoritate, hæc uero, quam Christus eo loco Petro tradidit, fidem habet fundamentum, unde post fidei confessionem tribuitur, prius enim Christus Petri fidem explorat, deinde post ueram fidei confessionem subiungit, Tu es Petrus, &c. non ergo est potestas ciuilis, sed ciuili perfectior.

Q U A R T O, potestas, aiunt, soluendi, contraria est potestati ligandi, ergo cum eadem prorsus uerborum sententia utraque Petro à Christo tribuatur, Petrus tantummodo illis soluere poterit, quibus ligare potest: cum ergo neminem peccatis possit ligare, aut ad pœnas temporales tantas, aut tantas in purgatorio soluendas obstringere, neminem, quoque absoluere poterit ab eisdē. Atq; hinc aduersarii colligunt, quod si eo loco auctoritas aliqua sacra tradatur, nulla alia tradatur, quam potestas & auctoritas, quædā, à pœnis canonicas, quas uel isdem Petrus uel concilia Christianis hominibus præfixerunt, eosdē absoluendi & liberandi.

Vérum

Disputatio quinta.

48

V E R V M id argumentum haud uehementius, quam præcedentia urget. Nam quamvis potestas soluendi & ligandi sint omnino contraria, ad multò tamen plura soluendi potestas se se porrigit, quam ligandi. Ligandi potestas ad ea tantum extenditur, quæ humanæ potestati subduntur, quenquam autem hominem peccato ligare, humanæ potestati non subest. Contrà, uero potestas soluendi ad omnia se expandit, non modo, quæ humana tantum potestate homo præstare potest, sed ad ea etiam, quæ potest per potestatem sibi diuinitus tributam, quemadmodum de absolutione sacramentali dicimus, sacerdos enim, cum neminem possit obligare peccatis, omnes tamen potest absoluere.

N E Q U E uero ab hac doctrina alieni sunt aduersarij, nam cum huiusmodi uerba ipsi de ministerio uerbi Dei accipiunt, concedunt quidem ministros uerbo Dei inobedientes omnes posse absoluere, non tamen ligare, quenquam peccato, quod est solius Dei.

Dilute

Retorque-
tur in ad-
uersarios
ratio.

Conuellitur Rofensis sententia.

Cap. XVII.



T que haec tenus quidem de Rofensis, qui reliquis omnibus in hac parte, aduersus indulgentiarum hostes doctius scripsisse uidetur, sententiadiximus, atque eā quibus potuimus argumentis refecimus, quæ profectò non erat, cur nobis quemadmodum & multis uiris eruditis non summopere probaretur, nisi quod ab ordinaria potestate indulgentias conferendi, non modo reliquos omnes Apostolos uno excepto Petro, sed etiam uniuersos Episcopos excludere uidetur. Enim uero si indulgentiarum conferendarum auctoritas Matthæi 16. cap. tantummodo, fundatur, cum eo loco aperte Christus Petrum cæteris præsentibus alloquatur, eiusque confessionem prius commendatam remuneretur, Petrus tantum & eius successores Romani pontifices, ea indulgendi pœnas peccatorum potesta-

te

Hieron. in
Matth. Am
br. lib. de
bon. mortis
& in Lu-
cam lib. 6.
cap. 18.

Dilute 2.

Obiectio 4.

Obiectio 5.

Obiectio 6.

Obiectio 7.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

te fruentur. nisi uelit quis eum locum ad omnes Apostolos, qui tunc præsentes erant extendere, quod apertè & est contra omnem rationem, & Petri in reliquos omnes Apostolos primatum demolitur. Fui ego in ea sententia non paucis diebus, ut Petro quidem ac eius successoribus indulgentias tribuendi, peccatorumque pœnas relaxandi potestas ordinaria, reliquis uero tantum ex cōmissione à Christo tributa fuisset. Nam & iis rationibus & argumentis, quibus Rosenfis eo loco tantum, eandem potestatem tribui contendit, ualde multumque permouebat. Cæterum cum relaxandi pœnas usum ab uniuersis Episcopis, quasi quid cū ecclesiastica gubernatione ac regimine coniunctum, & copulatum, in omni rerum Christianarum memoria, usurpatum animaduerto, cum deinde omnium penè Theologorum incontrariam partem (omnes enim docent in Episcopis quoque quandam in hanc rem esse ordinariam potestatem) consensum satis expendo, cum tertio, tum Romanorum Pontificum, tum conciliorum decreta, quæ indulgentias tribuere, ad Episcopalem dignitatem pertinere docent, considero, mutata sententia, alias mihi quoque præter hunc locum, indulgentiarum sedes inquirendas esse constituo.

Explicantur sex potestates à Christo erga peccatores institutæ. Cap. XVIII.



Go itaque (ut meam iam sententiam prodam) sex in uniuersu potestates à Christo erga peccatores institutas inuenio: retinendi peccata unam, remittendi alteram, quas duas ad pœnitentiæ sacramentum pertinere docuimus: imponendi pœnitentias peccatis iam per legitimum dolorem dilutis, tertiam, absoluendi ab eisdem aut condonandi easdem quartam: trudendi ecclesia rebelles peccatores & immorigeros quintam, recipiendi eosdem offensa morum conuetsione postremam. Priora duæ Ioannis 20. traduntur: Quorum, inquit, remiseris

tis

Disputatio quinta.

49

tis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Quatuor posteriores, Matthæi 18. Christus omnibus in commune Apostolis tribuit, quod ex eius loci paulò altiori expensione dilucescat. Tria profectò eo loco Christus erga eos, qui in nos peccant, iuxta triplicem peccantium differentiam instituit. Nam aut peccator nostræ aut duorum uel trium, quos nobiscum adhibemus, correptioni cædit, aut ei non cædens, ecclesiastici tamen pastoris & iudicis disciplinæ se subdit; aut tandem eò insania peruenit, ut ecclesiastico quoque iudicio, ac imperio contempto, in peccato ac peccandi pertinaci uoluntate persistat. De primis, inquit, si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si te non audierit, adhibe unum uel duos tecum, &c. De secundis, inquit; Quod si eos non audierit, dic ecclesiæ. De tertii ait, quod si neque ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, &c. Sed iam singula expendamus. Consulit Euangelica clementia, non modò à fratribus suscepitas iniurias non persequi, sed insuper pro inferentibus deprecari, atque adeò prius in nos peccantes pro fraterna caritate conueniendos, quâm iustitiæ rigore coercendos docet. Verùm quoniam sciebat, eam esse quorundam hominum in peccando peruicaciam, ut nec etiam correpti quidem, fratrem lädere cessent, hos continuò apud ecclesiasticos magistratus, his, qui iniuriam patiuntur, deferendi potestatem fecit; inobedientes demum ac rebelles, qui que ecclesiasticum imperium spernunt, quod nullum iani, quo eorum nequitia subueniatur, remedium supersit, extra Christianæ congregationis & reipublicæ clætros protrudendos decernit. Atquì ad primum horum exequendum, quod tamèn eo actu fratris emendatio desideretur, & quod id ad priuatas actiones non item ad publicas pertineat, nulla erat à Christo instituenda potestas, neque enim in reliquis rebus publicis ad eas actiones, quas homines inter se ipsos liberaliter exercent, & ubi sola gratia non item iustitia intercedit, potestas aliqua institui solet. At longè diuersa ratio est in secundo atque tertio, ubi non sola peccatoris emenda-

Natio

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

tio , sed aliquid aliud deinde intenditur , & ubi iam non priuatè , sed pulicè , & coram iustitiæ præfectis res agitur . In horum certè priori , præter fraternalm correctionem , iustitiæ etiam restitutionem ac restorationem , ipsa magistratus , ad quem peccator derfertur , ratio , necessario postulat . Nulla enim ratio patitur , ut hic , qui non modò fratrem sed iustitiam aut temporariam , aut spiritualem læsit , ad magistratum iustitiæque præsidem delatus , etiam si eius obedientia à peccando defixat , præcedentia tamen delicta aliqua pœna ab eodem magistratu inflicta , non luat ; quemadmodum non ex humana aliqua constitutione , sed ipsa natura atque ratione duce , in reliquis magistratibus fieri uidemus . Desertur ad ciuilis iustitiæ præsidem homicida , adulter aut alterius generis criminosis homo , nec tamen etiam si emendatissimus appareat , & is , qui iniuriam accepit omnino remittat , properea pœnis ciuibibus , quæ in iustitiæ uiolatores decretæ sunt , non multabitur . Quare hoc ? Quia nimur , magistratus ac iustitiæ legumque præfecti , non tam particularibus ciuium iniuriis cauēdis , quæ fortasse pœnitentia aut læsi liberalitate ac condonatione resarciri possent , quam iustitiæ præsident ; cuius detrimenta neque læsi ciuis liberalitate , neque peccatoris emendatione sola , nisi etiam secundum iustitiæ commutatiuæ normam punitio accedat , restaurantur . Idem deinde & in sacramento pœnitentiæ accidere uidemus , ubi post uitam in melius commutatam , in his etiam , qui iuxta eius sacramenti naturam , non traxi , sed sponte , ad illud pœnitentiale forum accesserunt , aliquæ pœnæ exiguntur . Itaque ex ipsa ad ecclesiam delatione , quam Christus , facta semel atque iterum commonitione permittit , aperta consequutione colligitur , eundem in ecclesiasticis præfectis , quandam potestatem instituisse , qua emendatis sceleribus , & legitimo cordis dolore , quo ad culpam iam abolitis , pœnæ quædam imponerentur , quibus postmodum pœnas , quæ facta iam reconciliatione superrant , uoluntariè compensarent .

Colligitur

Disputatio quinta.

50

Colligitur ex præcedenti doctrina , indulgendi potestas peccatis diuinitùs attributas , ecclesie potestatem à Christo donatam fuisse .

Cap. IX.



Vnde si hanc imponendi pœnitentias aut satisfactorias pœnas , auctoritatem , euangeliō cōgentē , admittere compellimur , & eius profecto contrariam , condonandi nimirum easdem pœnas semel impositas , potestatem recipere , eadem uia atque rigore nobis necessarium est ; non enim ratio patitur , ut una potestas absque altera à Christo tributa fuerit , cum nunquam ligandi potestatem absque soluendi potestate , aut econuerso , concederet .

HABEMUS igitur quatuor potestates hucusque , remittendi peccata unam , retinendi alteram , quæ duæ ad omnes sacerdotes attinent . imponendi pœnas peccatis per pœnitentiam deletis tertiam , condonandi easdem quartam . Nunc iam de quinta ac sexta , quoniam easdem , tum ipso Euangelico contextu , tum ueteris ecclesiastici usus auctoritate conuincti aduersarij negare nobis non potuerunt , breuiter dicamus . Sunt autem illæ , quas ad ecclesiasticis ceteribus protrudendos incoregibiles peccatores , eodem loco Christus Apostolis omnibus indulget . Si ecclesiam , inquit , non audierit , sit tibi sicut ethnicus , & publicanus . Enim uero nemo mihi tanquam ethnicus & publicanus habendus est , nisi , quem iam ecclesiastici magistratus aut præfecti censura extra Christianas caulas præiectum cognouerim . Tribuit ergo eo loco Apostolis & Episcopis , ciuciendi peccatores pertinaces potestatē Christus , quod si pertinaces ecclesia ciuciendi potestatem dedit , dedit igitur & eius contrariam . recipiendi nimirum eos , quos iam deposita pertinacia ac peccandi obstinatione , emedatos aduerterint : quæ duæ ultimæ potestates senarium illum potestatum , quem ecclesiasti-

*Prima re-
tio in ad-
uersarios .*

N ij cæ

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

cæ reipublicæ erga peccata tributam principio docebamus, integrè absoluunt.

Q uo'd autem quæcunque quatuor his potestatibus, quæ hoc capite, 18. Matthæi, omnibus in commune Apostolis tribuuntur, decreta fuerint: siue ea sint emendatorum peccatorum compensatoriæ punitio[n]es, siue earundem liberales condonationes ex aliqua causa rationabili, id est, indulgentiæ collationes fuerint, siue pertinacium extra Dominicæ caulas proiectiones, siue earundem iam animo peccandi & in obedientia sepositis, & reiectis, receptiones, ante tribunal diuinæ maiestatis sint rata, ac firma, uerba quæ proximè Christus adiungit, apertissimè demonstrant, Amen dico uobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo: quibus uerbis profectò nemo aliud Christum sanctis Apostolis significasse fateri potest, quām quod ea uniuersa, quæ hac quadruplici potestate erga peccatores gessissent, omnino futura essent firma atque solida, nisi intollerabilem errorem planè continerent, nam neque aliud à quopiam alio principe, ad suos præfectos prolata, significare quisquam hominum sentire queat. Pater igitur, non innani, aut à nobis excogitato (ut hæretici fabulantur) sed ex ipso expresso Dei uerbo deducto ratiocinio, esse in ecclesiastica republica, potestatem quandam, non modò ciuilem, sed diuinam prorsus, ut antea, quando Rofensis sententiam enarrauimus, diximus, & inferius, quando de huius potestatis usi agemus, cum rationibus, tum etiam sanctorum patrum testimoniis apertissimis comprobabimus, remittendi compensatorias poenæ, quæ gratia temporalis poenæ post iustificationem reliqua, compensandæ, aut in pœnitentiæ sacramento à sacerdotibus, aut extra, in publicis criminibus ab Episcopis inductæ & imposta fuerant. Nam si Christiana imponendi pœnitentias, aut compensatorias has scelerū punitio[n]es, peccatoribus non pertinatibus sed iam emendatis & legitimo ritu suis pastoribus subiectis, Apostolis reliquis quæ Euangelicis præfectis reliquit; atque hæc potestas, non ciuilis & humana, sed planè religiosa atque diuina censenda.

Disputatio quinta.

5^r

— censenda est, quoniam Christus afferit, cuncta, quæ illa interris ligantur atque soluantur, in cœlis quoque ligata & soluta esse, profectò necessario ratiocinio, contrariam quoque remittendi easdem poenæ semel iustè impositas, rationabili ali quæ de causa potestatem, reliquæ fatendum est: quandoquidem in reliquis etiam potestatibus, quas erga peccatores exercendas instituit, nunquam unam absque altera Apostolis tribuit. Quorum, inquit, remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt, & hoc loco. Quæcunque alligaueritis super terram, &c. & quæcunque solueritis, &c. Haud leibus enim uero rationibus, immo uero ipso Euangelico rigore demonstrauimus, delationem illam peccatoris ad ecclesiam siue ad ecclesiasticos præfectos, etiam si idem peccator à peccando desistat, non esse frustra, sed ut admissi sceleris earundem pastorum iudicio expiatorias poenæ suscipiat: quam rem & in omni Christianorum hominum sæculo, usurpata ab ecclesia consuetudo imponendi publicas aut priuatas pœnitentias, ut prima disputatione multis testimoniiis comprobauimus, aperte quoque confirmar. Quod si ita est, instituit ergo Christus huius potestatis correlatiuam aut contrariâ, quæ non est aliud, quām eas poenæ condonandi auctoritas, quædam.

Cap. 4.

Secunda
ratio.

V E R V M id absque ullo humano ratiocinio, ipsa Christi uerba, quæ Matth. 18 adiunguntur, etiam obstinato animo renitentibus hæreticis, uiolentiissimè intorquent: perspicuè enim non tantum alligandi, sed absoluendi quoque potestas & auctoritas, Apostolis exhibitur. Quæcunque (inquit) alligaueritis super terram, ligata erunt & in cœlis, & quæcunque solueritis, soluta erunt. Nam hæc uerba ad eam quoque soluendi impositas, & indictas semel pœnas, potestatem pertinere, dubitare nemo profecto cum ratione poterit, cum post illa uerba collocentur, quibus ad ecclesiasticos præfectos, priuatis admonitionibus nondum correcti peccatores, deferri iubentur. Nam quemadmodum illi peccatores sunt in dupli discrinime, quidam qui pastorum aut præfectorum admonitione & imperio, lædendi fratrem finem faciunt, quidam quorum pertinacia nullo horum prohibetur,

hibetur, ita duplex quoque potestas constituenda erat, una, qua intra ecclesiam, cum fratriis iniuria, tum diuina offensa compensaretur, quæ erga priores exercenda erat, altera, qua peccatores pertinaces secundi generis, aut ad meliorem mentem redirent, aut ne alios prauo uitæ exemplo inficerent, extra ecclesiam proiicerentur: quæ ad posteriores pertinebat. His igitur duabus potestatisbus, aliæ quoque duæ correlatiæ respondere debebant, condonandi pœnas impositas una, admittendi recipiendique iustè exclusos altera, quas quatuor simul alligandi atque soluendi uerbis, anno rœ novœ, Christus circumloquitur.

Quod Petro à Christo Matth. 16. potestas indulgendi pœnas peccatorum in confessionis præmium, tributa quoque fuerit.

Cap. XX.



Prima ratio in aduersarios.

ED nunc iam, quid illis uerbis Matth. 16. Apostolorum principi tributum à Christo fuerit, paucis declaremus. Existimo ego eo loco, Petro non modò à Christo ecclesiastici populi principatum promissum, sed ut recte Ioannes Rofensis persuadere conabatur, eidem indulgendi pœnas peccatorum, idest indulgentias conferendi, quemadmodum Matthæi 18. reliquis omnibus Apostolis, potestatem fuisse demandatam. Nam quod hic quoque locus ad indulgentiarum largitiones pertineat, præter ea, quæ superius ex Rofensi attulimus, & quæ nos in eius sententiæ fauorem excogitauimus illud quoque non obscurè ostendere uidetur, quod patrum antea Christus dixerat. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, ecclesiam scilicet. enimuero si portas inferi peccata intelligamus (quod nobis haud difficulter aduersarij tribuent) nullo pacto ecclesiasticæ claves Petro tributæ, etiam si eas uerbi prædicandi potestatem accipia-

accipiamus, ut iidem uolunt, efficere poterunt, ut portæ inferi in ecclesiam, quod ad culpam attinet, non præualeant. Uicia enim atque peccata, per ecclesiasticas uerbi Dei claves dissiuaderi quidem possunt, uolenter, tamen profligari non possunt; est cùm quemadmodum ad rectè agendum & pretatio disputationis quoque ad peccandum post quamcunque uerbi Dei prædicationem uoluntas libera. Quæ ratio, etiam reliquas à Christo erga peccatores constitutas potestates excludit. Nemo enim cum ratione docere poterit, remittendi aut retinendi peccata, potestatem quam Ioannis 20. exhiberi docuimus, aut excludendi & admittendi peccatores auctoritatem, quæ una est ex his, quæ Matth. 18. omnibus Apostolis in commune traduntur, tantam obtinere uirtutem, ut earum causa peccata in ecclesiam non præualeant. Hæ enim cum in culpas ipsas aut in culparum accidentia, pertinaciam nimirum, quæ suoptegenio atque natura sunt prorsus libera, exerceantur, nullo pacto externa hominis uoluntate adeò cohiberi possunt, ut quasi clauibus quibusdam, eisdem præualescendi aditus præcludatur. Constat enim illic Christum claves regni cælorum, non materiales claves quibus regni cælorum Iauæ referentur, sed liberam quandam atque efficacem excludendi peccata potentiam, qua (inquam) tam liberè peccata soluantur, aut ligentur, idest; non soluantur, quam liberè, ea quæ in pænore aut alicubi nostris usibus asseruamus, dispensare, aut non dispensare possumus. Quod si nec prædicandi uerbi Dei auctoritas, nec remittendi, quod ad culpas attinet, peccata, nec excludendi peruicaces peccatores potestas, præstare queunt, ut peccata in Christi ecclesiæ nō præualeant, profectò ego non video, cur potestas illa, quæ hoc loco Petro à Christo tribuitur, non sit ea, qua non culparum, sed penarum reatus diluuntur. Hi enim cum sint prorsus à culpa res distinctæ, ac perinde propriæ peccatoris uoluntati non subiaceant, integro soluentis imperio & potestati subduntur. Et si enim penarū reatus quantum ad originem attinet, aliqua ratione libertatis participant (culpam enim, quæ libera est, consequuntur) postquam tamen uel diuina constitutione, aut ipsa peccati na-

*Aduersario
rum inter-
pretatio dis-
putationis.*

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

tura, animo inhäserunt, prorsus libertate destituantur, unde ecclesiasticæ potestatis uirtuti, nisi prorsus noua peccata impedian, soluenda subduntur. Non præualent igitur in ecclesiam Christi, portæ inferi, idest peccata, quoniam eorum reatus & obligationes, clauibus Petri, idest pœnarum condonádarum potestate, ita dissipantur, ut qui aliâs multos igne purgatorio, qui infernus quoque uocari solet, passurus erat cruciatus (modo pietas adsit, quæ eundem dignum hoc tanto munere reddat) Christi in Petri clauibus benignitate ac indulgentia, nullis aut non tantis inferni doloribus solutis, in cælum auolet.

2. Ratio.

N E Q V E uero mysterio caret, quod neque Matthæi 18. quo loco omnibus in commune Apostolis, neque Matth. 16. quo Petro soli, pœnas peccatorum condonandi potestas exhibetur, non remittendi, aut retinendi, sed soluendi & alligandi uerbis usus est Christus. Nam cum priora illa ad diuinam potentiam pertineant, (solius enim Dei est tanquam agentis principalis remittere culpas peccatorum) hæc tamen etiam puris hominibus communicari possunt, ut antea quoque ex Rosense dicebamus.

3. Ratio.

Q y o' etiam non obscurè pertinet, quod cum Ioan. 20. quo loco, in culpas remittendas aut retinendas, sacramentalem potestatem instituit, peccatorum meminerit, hic tamen nullam eorundem mentionem adiunxit. sic enim illic inquit, Q uorum remiseritis peccata &c. Matthæi 16. Et quodcumque solueritis super terram, solutum erit & in cælis &c. Marth. uero 18. Quæcumque alligaueritis super terram, alligata erunt &c. nimisrum quod iis duobus locis, non in culpas, sed in penas peccatorum, quæ propriè peccata dicunt, potestas tribuatur.

4. Ratio.

I A M uero, si ipsam muneris quod Christus illo loco Petro donat, rationem spectemus, apertè idem deprehendemus. Eniuero illic Christus dum Petro ligandi atque soluendi potestatē tribuit, non aliquid, quod ad reipublicæ Christianæ administrationem necessaria ratione pertineat, sed singulare aliquod ob rectam fidei confessionem priuilegium indulget, hoc enim planè præcedentia omnia uel inuitis intorquent.

Disputatio quinta.

53

quent. Nam cum Petrus quærenti Christo, quem eum esse Apostoli iudicarent, respondisset, Tu es Christus filius Dei uiui &c. Christus quasi egregiam Petri confessionem remuneratur, eodem prorsus loquendi caractere, Et ego dico tibi (inquit) quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque solueris &c. Iam quis non uideat id, quod hoc loco à Christo Petro tribuitur, opus liberalitatis esse? Quid enim aliud indicat coniunctio, Et, quæ auctoratem illam Petro tributam, ob præcedentis confessionis elegantiam? Eam certè; quæ cum ipsa reipublicæ administratione necessaria ratione colligantur, à nullo liberaliter, aut ob alias, ab iis, quas in subiecto requirunt causas, iustè tribuuntur. neque enim rex tibi magistratum iustè tribuerit, quoniam illi aliquando in aliquo placuisti, sed quoniam iis, quæ ad rectè gerendum magistratum expectuntur, iustitia atque prudentia prædictus es. Soluendi ergo atque ligandi potestas, quæ ob ueram fidei confessionem Petro tribuuntur, non ad necessariam ecclesiastici cætus gubernationem attinent, sed ad gratiam atque liberalitatem: nam & ligandi atque soluendi potestas, quæ cum ecclesiastica administratione necessariò connectitur, non ob confessionem, quæ quantumcumque fidelis sit & uera, administrationis tamen delegandæ, sola non potest esse causa, sed ob industriam prudentiam, &c. aut (quod Christus illis primis euangelicis hominibus fecisse deprehendimus) ob Spiritum sanctum, hominibus tribuitur. Iam si ea potestas non necessariò, sed in amoris signum atque liberaliter à Christo Petro donatur, est igitur non erga ea, quæ ad hominis Christiani spiritualè salutem necessariò pertinent, quoniam hæc, cum ipsa ecclesia administratione necessario connectuntur, sed circa ea, quæ cum sine illis homo saluari posset, sunt tamen liberalitatis & misericordia materia. Non igitur sunt peccata, quo ad culpas attinet, quoniam sicut sine culparum remissione, nemo adsequi salutem potest, ita potestas remittendi culpas, essentiali ratione, ad ecclesiasticæ gubernationis rationi pertinet, Q uod si non est potestas remittendi culpas,

O ego

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

ego profectò aliam excogitare non possum , quām hanc , de qua loquimur remittendi reatus temporalium pœnarum , quæ facta iustificatione in anima perseuerant , potestatem .

NEQUE uero id alienum est ab eo , quod duce prudentia , quæ non est aliud , quām prouidentiæ uestigium quoddam , principes homines in quantumcūque iustissimis rebus publicis , aliquando facere solent . Solemne est enim iis egressos uiros & ob fidelitatem , & arctiorem amicitiam , aut quod alias de repub. bene meriti fuerint , sibi gratos , his potestatis , quasi præmis quibusdam coornare . & cū eos magistratus publicasque functiones , quæ ad reipublicæ administrationem necessariò pertinent , non nisi ob prouidentiæ , iustitiæ amorem , & demum ob ciuilis disciplinæ peritiam , alicui tribuant , hos tamen sine quibus geri potest respubli- ca , quique potius ad habentis ornamentum , quām ciuium necessitatem attinent , absque iis rationibus , ob alias sibi gratas causas donare consueuerunt . Quæ res adiuncto ex his , quæ satis multa accidere solent , exemplo , magis explicabitur . Scelera atque flagitia in republica remittere , aut iuxta legum tenorem ab illis absoluere , solis magistratis , ea ratione , qua magistratus sunt , legumque atque reipublicæ ministri demandari potest , quoniam scilicet scelerum cohibitio , necessaria ratione ad reipublicæ administrationem pertinet . immo in hoc potissimum magistratus in ciuitatibus eriguntur , ut per legum rectam administrationem peccata cohibeant . Sed neque hec potestas alicui ob priuatam amicitiam , aut res militiæ domi'ue fæliciter gestas , aut ob alias similes causas , sed ob ciuilis administrationis peritiam , prudentiam , iustitiam & similia demandari iuste solet . At emendatos iam homines , qui tamen ob impotentiam , soluendis , quos ob culpas contraxerant pœnarum reatibus non sunt pares , carceribus eximendi , aut ab eisdem mitiores pœnas exigendi potestas , sine iustitiæ aut reipub. peruersione , alicui optimo uiro , ob egregium aliquod fascinus , in principis aut reipublicæ gratiam præstum , ab eodem principe quasi præmium liberaliter demandari potest . Immò uero tantum erat huiusc rei studium ,

primo

Disputatio quinta.

54

primo illo , quod ueteres aureum à summa iustitia uocitare solent , sèculo , ut optimis quibusque uiris statuas locis publicis erectas , qui tenerent manibusque præstarent , ab universis scelerum reatibus protinus liberarentur . unde idolatriam Lactantius & Eusebius deriuatam memorie prodi- gerunt . Sed & nunc quarundam prouinciarum consuetudo & mores obtinuerunt , ut etiam ij , qui grauissima sclera designarunt , ad domos quasdam , quarum maiores , id à principibus egregio aliquo fascinore pro meruerunt , quasi à syla confugientes , de reliquo omnē pœnarum reatum exuāt . Immo id etiam prouinciæ quædam suis principibus honoris gratia tribuerunt , ut si quis scelerofus , dum ad necem deportatur , regi aut reginæ obuiet , omne illi supplicium condonetur . Sunt profectò hæc potestates sicut liberaliter tributæ , ita ad republicas administrandas non absolutè ne- cessariaæ , atque adeò ob quascunque honestas causas tribui possunt . Itaque cum Christus Matth. 16. Petri confessio- nem remuneretur , sentiendum est , eam potestatem , non ex his esse , quæ ad necessariam reipublicæ Christianæ ad- ministrationem pertinent , sed ex his , quæ melius administran di gratia , liberaliter donantur . Cum autem culparū remit tedarum potestas essentiali atq; necessaria ratione , ad Eccle- siasticam républicam pertineat , sentiendum est perinde , non remittendi culpas eo loco potestatem tribuisse . Quod si culpas remittendi , potestatem non tribuit , tribuit igitur au- thoritatem remittendi pœnas : nam in theologicis potesta- bus , ad quas solas , non item ad ciuiles , quæ in ferendis tantum legibus expenduntur , eum locum posse pertinere , superius persuasimus , duæ istæ tantum numerantur .

CVM autem , aio , huiusmodi accidentarias potestates , quas ipsa gubernationis ratio necessariò non postulat , aliis quām magistratibus tribui posse , Petri in ecclesia supremū magistratum non excludo . Sed dico , eidem ratione , qua ecclesiæ princeps summus erat , non ob ecclesiasticæ ad- ministrationis omnimodam necessitatem , tanquam aliquid eidem necessario adiunctum , sed ob egregiam fidei confes- sionem , eam potestatem tributam . QUanquam enim hec

O ij potestas

*Objectionis
tacite dilu-
tio.*

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

potestas alii quām magistratibus aliquando demandentur, fieri tamen rectē potest, ut magistratui, non modō ad gubernationem necessariæ potestates, sed etiam non necessariæ, honoris ergo tribuantur. Quid enim prohibet regem Socrati præfecto, non modō puniendi scelera, sed etiam cum misericordiæ ratio id postulauerit, condonandi pœnas potestatem tribuere? Punire certè scelera ad necessarium regimen, cōdonare pœnas ad Socratis ornamentū pertinet.

Obiection.

S E D aī saltem in conferente indulgentias non exigitur iurisdictio, cuius contrarium cum uniuersa Theologorum schola postea sumus tradituri. Respondeo. Immo uero pœnas peccatorum posse condonare, non est cuiuscunq; iurisdictionis, sed perfectioris cuiusdam. neque quisquam hominum ambigeret, Socratem, cui non tantum iuxta legum præscriptum iudicandi puniendiq; crimina, sed indulgendi quoque emendatis iam hominibus iustas pœnas, potestas tributa esset; perfectiore multò iurisdictionem obtinere, eo, cui solum castigandi ex legibus scelerosos homines auctoritas commissa fuisse. Est igitur indulgentias tribuere, non cuiuscunq; sed perfectioris cuiusdam iurisdictionis, & quæ omnino perfectam omnibusque numeris absolutam magis imitetur, actus. Q uemadmodum enim rex, qui solus in Repub. iurisdictionem perfectam obtinet, non modō iuxta criminum atrocitatē iudicandi ex suis legibus auctoritate proditus est, sed pœnas quoque iustè commeritas pro clementiæ uirtute indulgere atque condonare potest, in quibus duobus perfectio iurisdictionis consistit, ita qui huic regiæ auctoritati propinquius accesserit, perfectiori iurisdictionis ratione fruetur. Neque nos aliud, cum dicimus condonandi pœnas peccatorum, aut tribuendi indulgentias potestatem, ad necessariam Reipublicæ Christianæ rationem non pertinere, intelligimus, quām quod absque hac potestate, eadem respublika potuisset confistere, & quod ad eas potestates aut magistratus sine quibus esse ex sua natura rationeque formaliter non potest, necessariò non pertineat, non tamen negamus ad perfectiōnem & ornatum eiusdem ecclesiasticæ potestatis pertinere:

fed

Disputatio quinta.

55

sed hæc apertiora sunt, quām ut in illis explicandis plura uerba prodigere debeamus.

E R C O ut nostram iterum sententiam in hac parte repetamus, credimus cum Ioanne Rofensi, hunc locum Matthæi 16. ad indulgentiarum conferendarum potestatem pertinere, de ea que necessariò interpretandum. Neque uero huius interpretationis, quæ omnium commodissima uidetur, ratione, ab eius sententia recessimus, sed quod huic soliloquio, non item illi, quo Matthæi 18. Christus omnibus Apostolis loquitur, indulgentias tribuendi auctoritatem nuncuparit, ex quo aperta collectione inferebatur, solos Petri successores, non item reliquos ecclesiasticos pastores, eadem ornatos fuisse, nisi forsan ex Pontificis commissione, quod genus potestatem delegatam appellant. Puto ego eo loco, qui Matthæi 16 habetur Petro soli, eo uero qui Matthæi 18. collocatur, omnibus in comimune Apostolis condonandi, siue iniunctos, siue non iniunctos pœnarum reatus, iuxta diuinæ misericordiæ rationem cum aliis tribus, quas enarravimus, tributam fuisse potestatem, quorum duorum posteriorius Rofensis, docens locum Matthæi 16. ad indulgentias tantum attinere, negare cogebatur.

Auctoris sē
tentia que
nam sūt
hac parte.

Diluuntur, quæ in hanc sententiam fieri possunt obiectiones. Cap. XXI.



Erūni hic duo, alterum à catholicis, quibus Rofensis sententia arrideret, alterum ab hereticis, qui nunquam non Petri primatu insidiantur, obiici posse video. Nā si Matth. 18. inter alias potestates, potestas quoque indulgentias donandi omnibus in uniuersum Apostolis tribuitur, quid opus erat Matthæi 16. eandem Petro exhiberi? An Petrus non erat Apostolus? immo uero bona pars eius sermonis cum illo expenditur. ille enim est, qui Christo de numero fraternalæ correctionis questionem proponit.

Re-

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

Dilutio.

RESPONDENS, Christum Matth. 16. prius soli Petro, Matthæi uero 18. reliquis Apostolis eam potestatem tribuisse, neque hæc inter se ullo pacto aduersantur. Sed ait rursus quid opus erat eam seorsum soli Petro tradere, quam iterum postea omnibus erat communicaturus? Respondeo.

Obiectio 2.

Dilutio.

Petri in cōfērēdīs in-
dulgentiis
potestas, re-
liquorum
Apost. po-
testate ex-
cellētior
Matth. 28.
Ioan. 2.

Quoniam Petri potestas in hac parte, ea, quæ Matthæi 18. omnibus in cōmune tribuitur, multò est excellentior, oportebat igitur illam seorsum exhiberi quemadmodum de reliqua potestate ecclesiastica docere solemus. Omnibus certè Apostolis dictum est à Christo, Euntes docete omnes gentes, &c. Sed soli Petro seorsum dicitur, Pasce oves meas. Donatur uniuersis Apostolis quidem potestas, non uniuersalis, sed in suastantum diceces, at Petro non hic, aut illuc, sed in uniuersum orbē condonandi peccatorum pœnas potestas exhibetur, oportebat igitur non simul cum aliis, sed seorsum donari. Quoniam si eam cum aliis tantùm accepisset, non ampliorem profectò quam reliqui accepisset.

Obiect. 3.

ALTERVM, quod ab aduersariis obici poterat, est quod locum Matthæi 16. quo Petri primatus potissimè niti uideatur, ad indulgentias detorqueamus. Qui enim fieri queat, ut eadem uerborum periodo, ferendi in uniuersum orbem, ecclesiasticas leges, toti deinde ecclesia præsidendi, & pœnas peccatorū condonandi potestas Petro tribuatur? Enim uero ueteres ecclesiastici patres, soluendi & ligandi potestatem, Petro eo loco à Christo tributam, ad ecclesiasticam administrationem, sanctisque legibus Christianum populum moderandi potestatem, eum locum arripiunt, non ergo de condonandarum pœnarum potestate est accipendum.

Dilutio.

SED hic cauillus tantum abest ut nos à nostra sententia, aut ecclesiasticos patres à sua illa ueterè interpretatione deturbet, ut potius utrumque confirmet: neque mirum semper enim uero uerum consonat. Certè indulgentias conferre, non cuiusvis iurisdictionis actionem esse dicebamus, eius inquam, tantum, sine qua ecclesia esse non posset, sed perfectioris & præstantioris cuiusdam. sic enim eum iudicem, aut magistratum cui, non modò puniendi peccata, sed etiam pœnas constitutas condonandi, auctoritas à principe comissa forer,

ei

Disputatio quinta.

56

ei multo iurisdictione atque imperij perfectione excellere, qui scelera tantummodo corrigendi potestate præditus esset, diffiniebamus. Ergo is, qui totius orbis hominibus, iustis ac piis de causis, pœnas aut impositas, aut iuste commeritas, condonare potest, non modò totius eiusdem orbis, quacunque ratione, spirituali & ecclesiastico imperio fuit à Christo præfectus, sed etiam excellentiori quadam ratione, & quæ Christi imperium proximè imitaretur. quemadmodum enim Christus non modò scelera iustis suppliciis punire, sed etiam eadem condonare potest, sic etiam & Apostolo Petro in toro Christiano orbe, & exigendi à fascinotosis & peccatoribus hominibus supplicia, & eadem condonandi potestatem impertivit. Quanquam in hac parte, ingens sit inter utrumque discrimen, Christus enim proprio arbitrio propriaque auctoritate id præstare potest, Petrus autē Christi tantummodo commissione ac gratia; deinde, Christus absque ullis iustis rationibus pro sua uoluntatis imperio, quod in Magdalena, latronis & multorum aliorum iustificatione fecit, pœnas condonare potest, petrus tantum iustis de causis, à quibus si ab errauerit, nihil efficiet. Non enim in destructionem, sed in ædificationem potestatem accepit.

*Probatur, Petrum in totum orbem sicut imperium,
ita etiam condonandi pœnas peccatorum po-
testatem accepisse. Cap. XXII.*



Erùm id nobis probandum esse uideo, quod dicimus, Christum hoc loco Petro Apostolo in uniuerso terrarum orbe, Christianis hominibus condonandi pœnas peccatorum potestatem tribuisse: ex hoc enim totum eius argumentationis robur pendet, sed hoc facile præstabimus, si tu uerba ipsa Christi, tum id, quod ex eis ineluctabili ratiocinio deriuatur, paulisper expendamus. Profectò terræ nomine, totum orbem terrarum illo loco à Christo

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

Christo designari, cum & nouo & ueteri instrumento nihil sit hac phrasí frequentius, aduersarij non inficiabuntur: præsertim cum terrā cœlo hoc loco contraponat. Quemadmodum enim eo loco, cœlum, triumphantem ecclesiam denotat, ita terra totum terrarum orbem, quo militans ecclesia continetur, importat. Ergo qui soluendi quæcunque super terram, Petri potestatem tribuit, eidem, in uniuerso orbe terrarum, non hoc aut illud, sed uniuersa peccatorum supplicia iustè alioqui commerita, condonandi potestem indulget.

SED ais. Etiam dum reliquis omnibus Apostolis hanc eandem potestatem tribuit eisdem uerbis utitur. Amen, inquit, dico uobis, quæcunque alligaueritis super terram, &c. Et reliqui igitur omnes Apostoli in uniuerso orbe Christiano condonandi pœnas peccatorum à Christo potestatem acceperunt.

RESPONDEO primò. Haud grande piaculum esset, id de uniuersis Apostolis concedere, quanvis enim Petro in totum orbem terrarum primatum tribuamus, libenter tamen donamus, reliquos Apostolos in uniuersum orbem, & Euangelij seminandi, & reliquas quæcunque potestates dispensandi, facultatem accipisse. & id quidem tum pro Apostolicæ dignitatis ratione, quam à nullo alio, quam à Christo ipso in Euangelici muneric functione pendere æquum erat, tum pro Apostolici muneric necessitate, quod sua natura non erat aliud, quam omni creatura in uniuerso orbe terrarum, Euangelicam doctrinam prædicandi mandatum. iuxta illud, Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. & illud Euntes docete omnes gentes, &c. Atque hanc æqualitatem potestatis, Anacletus pontifex intelligere uidetur. Cum de Petro reliquisque Apostolis, sic scribit. Hic, id est Petrus, ligandi soluendique potestatem primus accepit à Domino, primusque ad fidem, populum suæ prædicationis virtute adduxit, uerboque instituit: cæteri uero Apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse uoluerunt, qui etiam iubente Domino in toto orbe terrarum dispersi

Dissolutio quinta.

57

spersi Euangeliū prædicauerunt. Honorem, inquit, ac potestatem parem aceperunt. Honor hic erat; quod quemadmodum Petrus Christi tantum imperio in Euangeliū inuere exhibendo ducebatur, ita & reliqui Apostoli: potestas uero, quod quemadmodum Petrus in totum orbem Euangeliū spargendi liberam habebat facultatem, ita & reliqui. Verum hinc nullo Theologico ratiocinio colligitur, ut Episcopi quoque eadē potestatis amplitudine fruantur, ut scilicet & in totum terrarum orbem Euangeliū spargendi, & ubique peccata remittendi aut pœnas peccatorum condonandi potestate sint prædicti. Nam quantūmis Episcopi Apostolorum successores sint & uocentur, est tamen ingens utrorumque discrimen. Erant enim uero Apostoli non modò Episcopi, sed Apostoli; erat autē Apostolatus non aliud, quam legatio quædam in uniuersum terrarum orbem, qua Deus; dicentur id quod mundo temporis plenitudine beneficium exhibuit, successus. Episc. non equali potestate cū Apost. finit. se preditos & si corib. success. Apost. mutuus quo d. Episc. & Episc. discr. Quatenus Apostolis Episc. suc-cessisse dicantur.

P. quæ,

objec.
Math. 18.

Dilectio

Marc. 6.
Math. 18.

Disput. 20.
cap. In no-
mo testam.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

Responde
tur obuecl.

quæ quemadmodum olim per Apostolos, nostram salutem operatur, sint suscipiendi. Atque ita quidem absq; ullo fidei aut rationis detimento, obiectioni illi respondere possumus, ut dicamus & Petrum pro se, & successoribus, reliquos uero Apostolos pro se tantum, in iis uerbis, Quæcumque alligaueritis super terram, &c. in totum orbem potestatem accepisse: ita ut terra, illic non minus uniuersaliter capiatur quam priori loco.

V E R Y M profectò ratio ipsa abundè ostendere uidetur, dictionem illam, S V P R T E R R A M , aliter Matthæi 16. quo loco Christus soli Petro loquitur, aliter Matthæi 18. ubi omnibus Apostolis in commune, eandem potestatem tribuit, accipiendam esse. Nam unius in totum terrarum orbem imperium, non modò diuina, sed prophana quoque philosophia, immo ipsa rerum natura postulare uidetur: cum contra imperantium multitudine, præsertim ubi nullus iste administranda potestate ab altero pendet, sed ex aequo imperat, nihil ad humanas ciuitates exterminandas potentius. Quis enim nesciat, non posse bene geri Remp. multorum auspiciis? aut quis non legit illud,

Oὐκ ἔχεις τολμοί ρεανίας εἰς νοιράνων ἐστιν οὐδὲ πατέρων.
Eis βασιλῶν.

Dion. Syra
cuf. opud
Aemilius
Probus.
Homer.

E R G O si Christus Matthæi 18. dictionem, S V P E R T E R R A M , pro uniuersis terrarum tractibus accepit, si inquam, in uniuerso orbe Christiano utendi integra ecclesiastica auctoritate promiscuè omnibus Apostolis ac eorum successoribus potestatem indulxit, cur non dicemus eundem, non ordinatam ecclesiam, sed plusquam Babyloniam confusionem in mundo reliquisse? Et humana quidem uiuendi ratio utcunque permittit Aristocratiam, in qua pauci potentes ipsius reipublicæ gratia leges administrant, timocratiā, in qua multi ex omni fortuna ipsius etiam ciuitatis ergo, præsideant, quando per humanam ambitionem & auaritiam regiam gubernandi rationem, quæ cunctorum mortalium iudicio, omnium optima est, uti non datur: quoniam nimis licet iis uitæ rationibus multi urbi & ciuiti præsideant, omnes tamen in unanimet eademque rationem imperij conueniunt

Disputatio quinta.

58

niunt neque ullus absque alterius arbitrio quicquam potest efficere. At multos, quorum cuius in legibus administrandis integrum habeat potestatem, quotum cuius integrum per se ipsum in puniendis aut condonandis peccatis auctoritatem obtineat, neque Babylon patitur.

I T A Q U E si Christus tanquam castrorum aciem ordinatam constituit ecclesiam, immo uero si mediocriter sapientium hominum in ecclesiastica reipublica condenda lucem attigit, nobis necessariò fatendum est, dictionem illam. S V P E R T E R R A M , non uniuersaliter, sed particulariter accipi; alioqui non ecclesiam fide & caritate unitam, quæ diuersis statibus, ordinibus & personis, humanum corpus, ut ad Corinthios & Ephesios scribens Apostolus docet, grata quadam compactione referret, sed quæ horrendum aliquod monstrum, in quo duodecim aut plura equalia essent capita, repræsentaret, in mundo reliquisset. Dedit ergo Petro Apostolo soluendi atque ligandi, S V P E R T E R R A M , idest, super uniuersum orbem potestatem, reliqui autem Apostolis, S V P E R T E R R A M , idest, hunc aut illum terræ tractum, ad quem fuisset unusquisque, facta prouinciarum partitione, directus.

EST & illa non incommoda eius loci interpretatio, ut dicitio S V P E R T E R R A M , totum orbem quidem dicat, uerum eo sensu ut nō singulis, sed omnibus, collectiū (quod aiunt) illic potestas tribuatur. Iuxta quem sensum, donat quidem Christus omnibus Apostolis in uniuerso terrarum orbe potestatem condonandi peccata, &c. non quod unus quisque per se ipsum, sed quod omnes simul in totum terrarum orbem iurisdictionem acceperint, quam postea inter se ipsos non sine spiritu magisterio diuiserint. Et profectò ita fuit, Christus enim, qui non hominum multitudine, aut humana sapientia, sed diuina potius uirtute ad se ipsum omnes mortales contendebat attrahere, duodecim illos sola spiritus uirtute munitos Apostolos, idest, legatos, in totum terrarum orbem ammādauit. sed quemadmodum unum quemque illorum omnes terrarum tractus percurrere erat impossibile, ita nulli simul in uniuersum orbem potestaten-

2. Diluc.

Eph. 4.
1. Cor. 12.

P ij impertit.

F. Michaëlis Medinæ , de indulg.

impertiit . Nam Petri longè alia ratio est , is enim non quā Euangelij prædicator & minister erat , sed quā cæteris omnibus Christianis præfetus , in totum orbem accepit potestatem . nam pascere quod Petrus agere præcipitur , non solum uerbi ministerium , sed legum quoque administratiōnem , & imperium importat , cum reges etiam & prophani principes , qui tamen nunquam Dei uerbum ministrarunt , non modò in sancta scriptura , sed gentium quoque sapientia & pascere dicātur & pastores uocentur . sed de his alibi .

Obiectio.

SED dicis . Apostoli in uniuerso terrarum orbe , non modò potestatem , sed præceptum habuerunt , uanum est igitur dicere dictionem , S V P E R T E R R A M , Matthæi 18. particulariter accipi , non item uniuersaliter . Respondeo . Apostoli , ut antea diximus , non modò Apostoli fuerunt , sed certarum quoque gentium aut prouinciarum Episcopi . Neque hoc ut quidam calumniantur fictitum est . Haud obscurè enim Apostolus Paulus se gentium Apostolum , Petrum uero Iudæorum appellat . Cum autem , ait , placuit ei , qui me segregauit ex utero matris meæ , & uocauit per gratiam suam , ut reuelaret filium suum in me , ut Euangelizarem illum gentibus , &c. Et rursus . Sed contrà , inquit , cum uidissent quod creditum est mihi Euangelium præputij , sicut Petro circuncisionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatu in circuncisione , operatus est mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiamque data est mibi , Iacobus & Cephas & Ioannes , qui uidebantur columnæ esse , dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis , ut nos in gentes , ipsi autem in circuncisionem , &c. Et iterum . Illuminauit (inquit de Christo loquens) uitam & incorruptionem per Euangelium , in quo positus sum ego prædicator & Apostolus & magister gentium . sed & de Iacobi Hierosolymitano , Ioannis Anthiocheno , Petri Romano Episcopatu , quantuncūq; hunc postremum hæretici , ob purulentum illud , quo in ecclesiam Romanam tabescunt uirus inficiuntur , ueteres ecclesiasticae historiae satis multa loquuntur , nosque de ea re lib. 9. nostræ Christianæ paræsis , cuius iam septem libros , idest , priorem thomū prælo mādauiimus , amplissimo sermone disceptamus .

Neque

Dilectio.

Catec. 2.

2. Tim. 1.

Disputatio quinta .

59

N E Q U E uero cum præter generalem euangelijs prædicandilegationem , qua sola Apostoli constituebantur , Apostolicos uiros certis prouinciis , certisque terrarum aut regionum tractibus præfectos fuisse sentio , uel intelligas , eos ita uni orbis parti præfectos , ut quemadmodum nunc fit , nefas esset aliorum iurisdictionem aggredi , hoc enim eorum temporum sinceritas & mutua ministrorum caritas , qua cupiebant ut omnes prophetarent , & ut Christus , qua cunque ratione annuntiaretur , non patiebatur : neque contrarium in ecclesia cepit innolescere , nisi cum in crescente zelo , & tum ouium , tum mutua pastorum caritate decrescente , ecclesiæ iurgiorum uniuersas occasions amputare uisum est necessarium . atque id quidem ita persuasum fit .

N V N C iam obiectioni respondeamus . Fatemur sanctos Apostolos non modò potestatem , sed præceptum habuisse uniuersis gentibus & toti orbi prædicandi , nam illis à Christo dicitur , Ite docete omnes gentes baptizantes eos &c. & iterum . Prædicate euangelium omni creaturæ &c. et iterū . Eritis mihi testes in Hierusalem & Samaria , & usque ad ultimum terræ . Et de Paulo ad Ananiam , Vas enim electio-
Matth. 18.
Marc. 16.
Act. 1.
nis est mihi , ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel & negamus tamen dictionem S V P E R T E R R A M , Matth. 18. uniuersaliter : idest , pro uniuerso terrarum orbe posse accipi . Ratio est aperta , quoniam scilicet eo loci , non quā Apostoli erant , sed quā erant episcopi futuri , aut certis prouinciis præficiendi , eisdem potestas exhibetur . Enimuero Apostolum , non coercendiperc ecclesiasticam potestatem peccata , aut ea per misericordiam indulgendi , eiiciendi peccatores per excommunicationem ab ecclesia , aut eos emendatos in Christianorum contubernium recipiendi , quæ potestates eo loco Apostolis à Christo traduntur , auctoritas facit , sed denuntiandi euangelium & baptizandi , quod munus eisdem in euangelica expeditionis procinctu à Christo iniungitur .

R A T I O autem , quæ ulterius nos ad agnoscendam inter hunc locum Matth. 18. & alios , quibus uniuersale prædicandi & baptizandi mandatum exhibetur , differentiam ,

non

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

non modò admonet, sed cogit, est ipsa muneris prædicandi & gubernandi diuersa natura: Nam complures eandem in toto terrarum orbe, ad uitam euangelicam adhortandi, & baptizandi auctoritatem obtinere, nihil impedit, quemadmodum non repugnat, multos ex æquo ad eandem uineam

Math. 13. aut agrum colendum destinari. Sunt euangelici ministri nō aliud, quām Domini coloni, quos diuinus ille agricola, diuersis horis, idest, diuersis ecclesiasticis sacerulis, in uineam suam colendam dirigit. Sed & quemadmodum in uinea aut agro colendo diuersi diuersa ministeria absque aliorum impedimentoo obeunt, hic enim terram fudit, ille q̄item amputat, aliis nexias herbas sarculo runcinat, aliis ad arborū aut uitium maiorem ubertatem riuos aquarum ducit, &c. sic etiam diuersi prædicatores in euangelica uita in mundo plantanda aut excolenda, uaria & quæ sibi mutuò, non sint impedimento, munera exequuntur. Vnde Paulus ad Corinthis, *Quid igitur est Paulus? Quid uero Apollo?*

Corin. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et ut ostenderet diuersa euangelica ministeria sibi mutuò nō repugnare, paucis interpositis subiungit. Qui autem plantat & qui rigat, unum sunt. Vnausquisque autem propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem, Dei enim sumus adiutores, Dei agricultura estis. Quò etiam pertinet, quod eisdem Apostolis de ueteris status Mosaici ac euangelici concordia loquens Christus apud Ioannem, inquit, *Et qui metit, mercedeum accipit, & congregat fructum in uitam æternam, ut & qui seminat simul gaudeat, & qui metit, in hoc enim est uerbum uerum, quia aliis est, qui seminat, aliis est qui metit.* ego misi uosmetere, quod uos non laborasti, alij laborauerunt, & uos in labores illorum introiistis. Depingit idem Apostolus aptissimo alio exemplo euangelici ministerij naturam, dum illo loco statim subdit, Dei ædificatio estis. Quemadmodum enim in eadem domo extruenda, nihil pugnat, diuersos esse ministros, hic enim marmora muris extruendistundit, illec ingentes trabes ascia dolat, alter terreos lateres ac tegulas de quoque sit &c. Ita in Dei ecclesia, quæ est domus Dei uiui, per euau-

Disputatio quinta.

60

euangelium erigenda, nihil impedit, quominus diuersi sint ministri atque artifices. Quamobrem subdit, Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alias autem superædificat, unus quis autem uideat quomodo superædificet. Fundamentum aliud neto potest ponere, præter id, quod positum est, quòd est Christus Iesus v. s. si quis autem &c. Nihil ergo pugnat in euangelica uita plantanda, plures ex æquo eandem sortiri potestatem, quoniam scilicet id natura ministerij euangelici patitur. præter hoc, quòd eo saeculo, quoniam certa quædam prouidentia ratione ita fieri oporteret, messis quidem *Math. 9.* multa operarij autem pauci erant, atque iccirco in uasto terrarum orbe, qui euangelico ministerio, Christo subiendum erat, nullius metus esse poterat, ut multi eadem præcandi potestate prædicti, sibi mutuò forent impedimento. Poterant enim immo tenebantur, in tanta uerbi Dei penuria, alias prouincias euangelio replere, quemadmodum eosdem sanctos Apostolos Apostolica historia non semel fecisse docet.

I AM uero ecclesiastice iurisdictionis naturam, hoc consortium & æqualitatem non admittere, sed esse prorsus impossibile, eandem imperij rationem in diuersis, ex æquo independenter consistere, & ipsa ratio, quæ duos principes, duos reges, duos episcopos, duos pontifices, sine ingentilegum ac reipublicæ detrimento, administrare profanos, aut sacros magistratus non permittit; abunde ostendit: & nos superius satis pro huius loci ratione demonstrauimus. Dixi autem independenter, nam cum alterius dependentia, (ut antea dicebamus) non est in solitum, neque contra ciuilis disciplinæ rationem, duos pluresue, eidē reipublicæ aut magistrati præesse. Sic enim olim in Romano imperio, duos consules, duos aut tres Imperatores eiusdem imperij & magistratus collegas memoria proditos depræhendimus. Sed hi mutuò à se pendebant in administranda republica, neque ullus nisi altero consentiente, nisi per summam reip. iniuriam quippam exequi poterat. nisi quod in Romana republica, consulibus, certi dies, quibus unus

Persuade-
tur idem ex-
natura ec-
clesiastice
iurisdictio-
nis.

F· Michælis Medinæ de indulg.

Livius Ap
pianus etc.
Math. 6.

unusquisque imperaret ; decreti erant, quod ex veterum historiis satis facile est depræhendere. Itaque omnino uerum est, quod ait Christus, Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim unum odio habebit, & alterum diligit, aut unum sustinebit & alterum contemnet. Hic non de duobus dominis, quorum unus ab altero in præcipiendo p̄det, siue eo sit inferior, siue eiusdem imperij collega, Christus uerba facit, sed de iis, qui cum ex æquo idem imperium obtineant, neuter tamē ab altero, uel quasi à superiori, uel quasi à collega ullo pacto in gubernando dependet, quam imperij rationem iudicat impossibilem. Nemo, inquit, potest &c.

E R C O non pro nostro arbitrio dictionem illam **SUPER TERRAM**. Matth. 18. non uniuersaliter, sed particulariter intelligimus, sed quōd ad hoc, ipsa ratione (& quod maius est) ipso Dei uerbo compellamus. Tantum autem abest, ut sint aliquæ rationes, quæ eādem dictionē à sua uniuersitate, apud eundem Matth. 18. cap. quo loco. Petro soli, Christus soluendi & ligandi potestatem tradit, remoueant, ut eandem uniuersaliter capiendam, contraria omnino argumenta suadeant. Nam præter hoc, quōd illīc terra cœlo opponitur, quod uti dicebanus, satis id ostendebat, potestaris singularitatem & imperij monarchiam, non modo natura ipsa non renuit, sed euangelica ratio uiuendi, cui nihil magis, quam unitas est intrinsecum, necessariō postulat. Rectè itaque ex uniuersali condonandi aut indulgendi penas peccatorum potestate, quæ Matth. 16. Petro tribuitur, eiusdem primatus in hac parte colligitur.

D E I N D E et si aduersarij rectè colligerent, ideo uerba illa QVAECVNQYE SOLVERIS &c. ad Petri primatum non pertinere, quoniam ad indulgentias pertineant. (quam tamē collectionem malam esse, satis demonstrauimus, cum contrarium potius euidenti ratioñio sequatur) sunt tamē & eo loco alia, quæ eundem primatum uel nolentibus intorqueant, ut illud, quod hæc uerba antecedit, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, &c. Nam si Christi ecclesia, tanquam secundario fundamento,

Petro

Disputatio quinta.

61

Petro innititur, est igitur Petrus suo modo, totius ecclesiæ caput, quemadmodum & Christus excellentiori ac perfecta quadam ratione, quia ecclesiæ, ut ad Corinthios scribit Paulus, fundamentū est, totius etiam ecclesiæ est caput.

N E Q V E uero nos in Petri primatu astruendo, huic loco, quo solū illi à Christo promittitur, tantum innitimus quantum ipsi apertissimæ Christi iniunctioni, qua re ipsa, eidem omnium ouium & agnōrum Christi cura demandatur. Pasce, inquit, oues meas &c.

S E D nos præter rem fortasse, de Petri primatu atque in uniuersam ecclesiam accepta à Christo potestate, plura hoc loco dicemus, cum alibi, ut præmonui, latè eam rem pertractemus.

H A B E M U S igitur non leuibus coniecturis, sed ipso uerbo Dei expresso, cui soli generosas manus uictas dare aduersarij consueuerunt, esse in ecclesiastica republica potestatem quandam inter alias à Christo pro peccatorum medicina atque remedio relictam, condonandi pœnas scelerum non modo impositas, sed iustè commeritas. Habeimus huius potestatis executionem, cum intollerabilem errorem non continet, aut quando non indestructionem, sed in adificationem exercetur, esse coram Deo ualidam, quoniam in cœlo etiam confirmatam Christus affirmat. Quæcunque, inquit, solueris super terram soluta erunt & in cœlo &c. & rursus. Quæcunque alligaueritis super terram alligata erunt & in cœlo, quibus uerbis, non profecto tantum humana potestas, quæ coram humanis tantummodo magistratibus soluat aut liget, sed diuina prorsus & supernaturalis ostenditur.

*Capitis hu-
iis epilo-
gus.*

Q Proba-

Probatur eadem potestas indulgentias conferendi, ex ueteri ecclesiastica doctrina & consuetudine, sanctorumque patrum monumentis. Et primò ostenditur eisdem ex locis, fuisse in ecclesia usum imponendi pœnitentias, ad satisfactionem peccatorum.

Cap. XXXIII.



Vnc iam eandem potestatem ex ecclesiastico-
rum ueterumque patrum doctrina compro-
bemus oportet; multum enim in sanctarum
scripturarum Christianorumque dogmatum
interpretatione, uetus Ecclesiae eorūdemque
patrum traditio confert, præsertim euāgelico
statu, quo non tā fides rectaq; sentiendi de religione ratio,
scripto, quām antiquarū consuetudinū usurpatione cōstat.

F V I S S E in Ecclesia, ob præcedentia delicta, iniūgendæ
pœnitentiæ consuetudinem, iam tunc ab Apostolico sāculo,
omnes, qui Nouatiani & Montani blasphemias, ex ueteri
memoria scriptis insectantur, eisdemamet ostendunt. Nam
præter eas ecclesiasticas regulas (canones uocarunt) quas ut
prioris disputationis parte quarta diximus, Ireneus, Fabianus
Pontifex, Petrus Alexandrinus, Basilius, Nisenus: & posteriores, Theodorus, Beda, Burchardus, uariaque con-
cilia, tum Græca, tum Latina, ad eius potestatis executio-
nem memoria prodiderunt, uaria de eius usibus atque ritibus,
penè, omnes ecclesiasticos patres scripsisse uidemus.
Nam in primis peccatores impositis pœnitentiis, per ecclesiasticos præpositos, idest, episcopos, ad ecclesiam, à qua for-
tē excommunicationis cultro recisi fuerant, reducendos,
Dionysius Alexandrinus, & concilium sub Cornelio, Romæ
contra nouatianos statuit. Docet & idem pœnae innumeris
locis Cyprianus, præsertim uero lib. 1. epistolarum epist. 2.
ubi aperte sentit, pastores suo officio non fungi, nisi per pœ-
nitentiam, pacem lapsis dederint: quod deinde lib. de la-
psis

*Eufb. 1.6.
hystor. ecclie.
cap. 46.*

psis repetit & lib. eod. epist. 7. & lib. 2. epist. item 7. lib. 3.
epist. 5. 14. 15. 16. & lib. 4. epist. 2. ubi & aliquot eiusdem rei
rationes ecenset.

I M P O N E B A T V R pœnitentibus satisfactio pro delicti
ratione ac grauitate, ut docet idem Cyprianus serm. 5. de
lapsis, & Tertullianus lib. de pœnitentia. Qui uero graui-
ter delinquissent, aut idolis sacrificando, aut ad hæreticos
defiendo, non nisi post publicam pœnitentiam recipieban-
tur, cuius publicæ pœnitentiæ ritus atq; ordinē Tertullianus
quandoq; prolixius, quandoq; breuius memoriæ prodit: ut
lib. de pudicitia, sedere scilicet in facco & cinere, flectu inge-
miscere, precibus ambire Christianos, ecclesiā exorare &c.

E R A T & uarium pœnitentiæ tempus, nam ecclesiarum
præpositi, non modo per se ipsos, sed etiam per sanctos con-
fessores, qui tunc temporis ex diuersis tyrannorum persecu-
tionibus in ecclesiis frequentes erant, adhibitis etiā presby-
teris & diaconis, peccatorum grauitatem inspiciebant, &
aliis breuius, aliis longius tempus irrogabant. Quidam
enim, qui cum Christum animosè primum confessi fuissent,
sed in persecutione ui tormentorum & infirmitate uicti ne-
gassent, triennium egisse pœnitentiam Cyprianus affirmat:
atque ideo absoluendos censet, & recipiendos. Erat nu-
merus annorum diuersus, nonnunquam enim in atrociori-
bus criminibus, tres ut Cyprianus (inquit) plerunque se-
ptem, quandoque decem, aliquando triginta pœnitentiæ
imperabantur. In minoribus uero delictis, frequens erat
quadragenarius dierum numerus, quem Burchardus Teu-
tonico more, Carinam uocari scribit, quod nimurum hic nu-
merus, ut Petrus Alexandrinus docet, Christi ieunio, pœni-
tentia nostræ uideretur consecratus; legimus & apud eundem
Burchardum, tres dies pœnitentiæ fuisse dedicatos.

N E Q U Y E uero hoc tempus, eodem semper rigore pœni-
tentia addicebatur, sed erat sicut & in criminibus, in affli-
ctionibus quoque ac pœnis diueritas ingens. Imperabatur
hoc aut illo crimine grauior aut leuior pœna, rigidior aut
leuior abstinentia, pro sceleris commissi maiori aut minori
grauitate. Cuius exemplum ex Burchardo hic ascribere nō

Q ij piget.

*nureb. lib.
19.
Can. 1.*

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

Burch. lib.
19.

piget. Fecisti (inquit) homicidium uoluntariè sine necessitate, non in hoste, sed per cupiditatem, ut sua sibi tolleres, & sic eum interfecisti? Si fecisti, quadraginta dies continuos, quod uulgas Carinam uocat, ita ut consuetudo est, in pane & aqua debes iejunare, & septem annos sequentes sic obserues. Primum annum post illos quadraginta dies, totum à uino, medone, sagamine, & à caseo & ab omni pingui pisce abstinere debes, nisi in illis tribus diebus, qui in illo episcopio à cuncto populo celebrantur: & si sis in magno itinere, in regio hoste, uel in regali curte, uel in aliqua infirmitate detentus, tunc liceat tibi uno denario aut precio unius denarij, tres pauperes pascendo, tertiam feriam, quintam feriam, & sabbatum redimere. ita tamen ut una re illis tribus supradictis utaris, idest, aut uinum bibas, aut medonem, aut mellitam, aut ceruifiam. Postquam domum ueneris, aut sanitati fueris restitutus, nullam licentiam habeas redimendi. Completo anni circulo, Ecclesiam introducaris, & pacis osculum tibi concedatur. In secundo anno & tertio, similiter ieunes, nisi quod tertiam feriam, quintam feriam, & sabbatum potestatem habeas redimendi prænominato precio ubique es. cætera omnia diligenter obserues, ut in primo. Per singulos quattuor annos, qui remanent, tres quadragesimas per legitimas ferias debes iejunare, primam ante pascha cum ceteris Christianis, alteram ante festiuitatem sancti Ioannis Baptista, & si quid remaner post adimpleas. Tertiam ante nativitatem domini, à melitta, ceruisia, à carne, sanguine, & caseo & à pinguisibus pescibus. Et in quatuor supradictis annis, tertia feria, quinta feria, & sabbato accipias quidquid uelis, secundam autem quintam feriam, redimere poteris, precio iam supra dicto: sextam feriam, semper obserues in pane & aqua, & his expletis sacram communionem accipias, ea ratione, ut non sis sine pœnitentia, quandiu uiuas; sed in omni uita tua; omnes sextas ferias in pane & aqua pœniteas, & si redimere uolueris potestatem habeas redimendi uno denario, uel precio unius denarij, uel pascas tres pauperes. Ista secundum misericordiam concedimus tibi, non secundum canonom

Disputatio quinta.

63

nun censuram, quia canones sic præcipiunt; Si quis per industriam & per cupiditatem homicidium fecerit, sæculum relinquat, & ingrediatur monasterium, & ibi iugiter Deo seruat. Hactenus ex Romano pœnitentiali Burchardus, qui subinde uariis homicidiorum generibus, uarias quoque pœnas imponit. Præfigebatur quandoq; grauior pœnitentia ob eiusdem peccati reciduationem, aut propter aggrauantem circumstantiam, unde Nisenus in epist. 4. ad epis. Mitelen. Quoniam (inquit) eorum, qui in fornicatione polluti sunt, aliqua cum hoc peccato commista est, propterea duplum conversionis tempus his præscriptū est, qui se contaminauerunt adulterio, animalium initu, & rabie in masculos; in his enim peccatum conduplicatur, unum quidem in illicita & nefaria uoluptate, alterum autem, quod consistit in iniuria, quæ fit alteri. Hactenus Nisenus. Docet quoque Burchardus ita ueteres olim dicere consueuisse pœnitentibus. Si mechatus es cum alterius uxore, quia habuisti quomodo impleres tuam libidinem, duas carinas cum 14. annis sequentibus pœnitere debes, quia super uxorem tuā alteram habuisti, ecce unum adulterium, habuisti etiam alterius uxori, ecce aliud adulterium, & nunquam debes esse sine pœnitentia. Sunt & multa alia de hac potestate puniendi & emendandi per pœnitentias modò publicas, modò occultas Christianorum pœcata, eiusque usu, quæ huc afferre & nobis & lectoribus fortasse graue esset. Nihil enim hoc genere pœnitentiarum in antiquorum scriptis frequentius reperire liceat.

*Ostenditur ex hoc ecclesiastico usu atque doctrina,
esse in ecclesia potestatem donandi indulgen-
tias. Cap. XXXIII.*



Ed nunc iam quorsum hæc attulerimus, audi re oportet. Enim uero si in Petro atque Apostolis, idest, in Romano Pontifice & Episcopis, imponendi pœnas, quæ facta iam iustificatione in reatu perseverant, accepit ecclæsia

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

sia ipsa quoque rationis consequentia. in eisdem, eas, quæ
ties pia atque rationabilis causa extiterit, remittendi potesta
tem accepisse censenda est. Quorsum enim, ecclesiam ea po
testate priuabimus, quam uniuersis magistratibus commu
nem esse ex ipsa regiminis ratione scimus? Quin & id apertè
omnes tres illi loci ostendunt, in omnibus enim æquè & ligan
di & soluendi, remittendi & retinendi potestates indulgen
tur. Petro dicitur. Q uodcunque solueris super terram,
solutum erit & in cœlo, & quodcunq; ligaueris ligatum erit.
Math. 16.
Math. 18.
Ioan. 20.

Omnibus uerò simul. Q uæcunque ligaueritis in terra li
gata erunt, & quæcunque solueritis soluta erunt. Eisdemque
in omnium sacerdotum persona. Q uorum remiseritis pec
cata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt.
Soluer profectò, haud aliud designat quam absoluere. ergo
sicut uerè ecclesia in Petro & in Apostolis ligat, ad has uel
illas pœnas, iuxta prudentiæ regulas, uerè quoque iuxta
eisdem, quoties uisum fuerit rationabile, ab eisdem absolu
uet. Q uod si ita est, est igitur in ecclesia concedendi in
dulgentias potestas; nihil enim aliud nos appellamus indul
gentias, quam pœnarum, siue à peccatorum iudicibus pu
blicis, idest, Episcopis, aut occultis, idest, sacerdotibus im
positorum, aut iustè imponendarum relaxations. cum
scilicet de summo iure, causa aliqua rationabili, aliquid
detrahitur, aut quoties per ecclesiasticam lenitatem de iu
stitiæ rigore aliquid ad quod alio qui tenebamur, admittitur.
Atque hæc ratio tanta est, ut non modò cæcos aduersarios
mihi persuadeat, sed parùm quoque antiquitatis ecclesiasti
cæ consultos. Q uid enim hac consuetudine remittendi se
mel iam impositas pœnas in ecclesia frequentius?

Potestatem

Disputatio quinta.

64

*Potestatem indulgentias pœnarum conferendi, non
ciuilem, sed sacram esse, neque tantum in
externo foro pœnas relaxare, sed uerè
in diuino iudicio. C. XXV.*



Erūm, quæ in hanc rationem aduersarij pro
ferant audiamus. Principio, aiunt, hæc pœ
nitentiæ non ad remissionem peccatis debita
rum pœnarum pertinebant, sed ad ciuilem di
sciplinam, quemadmodum, reliquæ uiuen
di rationes, leges habent, quibus scelero
sos coercent.

At hic cauillus, tum ex ipsorum locorum, quibus eam po
testatem astrinximus, tum ex ecclesiasticorum patrum mo
numentis eliditur. Profectò in omnibus tribus locis, quæ
cumq; illi soluerent, in cœlis soluta fore mémorātur. Q uod
cunque (inquit ad Petrum) solueris super terram, solutum
erit & in cœlo, & quodcunque ligaueris, &c. ad Apostolos
autem. Q uæcunque alligaueritis super terram, ligata erunt
& in cœlo, & quæcunque solueritis, &c. Apud Ioannem ue
rò licet cœli mentio non fiat, fit tamen Spiritus sancti, Acci
pite, inquit, Spiritum sanctum, quorum remiseritis pecca
ta remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt.
Iam quo pacto quæso ciuilis potestas tantum, esse potest, cu
ius executio in cœlis confirmatur? aut quæ non ad ueram re
missionem pertinere potest taxatio pœnae aut eiusdem rela
tio, quæ fit à Spiritu sancto?

SED ad patres uenio. Legimus certè non tam pro scan
dali ratione, quam ex natura & genere culparum statutas
peccatoribus fuisse pœnitentias, quod in canonibus Basilij,
Nifeni, Petri Alexandrini, & earu synodorum, quæ aliquan
tulum opera præstituendis pœnis præstiterunt, legere licet.
Est & in hoc totus Cyprianus, tum alibi frequentissime, tum
uerò lib. 1. epist. 3. & 16. Cum in minoribus delictis, inquit,
quæ

F. Michælis Medinæ, de indulg.

quæ non in Deum committuntur, pœnitentia agatur, iusto tempore & exomologesis fiat, in specta uita eius, qui agit pœnitentiā, neque ad communicationem uenire quis possit, nisi prius illi ab Episcopo & clero fuerit manus imposta; quoniam in his grauissimis & extremis delictis, cautè omnia & moderate, secundum disciplinam Domini obseruari oportet. Hactenus Cyprianus. Quam rem copiose ad Antonianum protrahit, lib. 4. epistola 2. Legimus deinde, non modò in grauissima illa criminis, quibus solis, publicus ecclesiasticus conuictus perturbatur, quibusque à potestate ciuili prætaxari solent pœnæ, sed in minora quoque immo in minima, quibus nullo pacto læditur ecclesia, statutas fuisse pœnitentias, de qua re, multa olim apud Burchardum Vuoratiensem Episcopum exempla reperias. Contempñisti, inquit, aliquem cum tu ieunares, qui ieunare non poterat, & manducabat? Si fecisti, quinque dies in pane & aqua pœniteas. Si non obseruasti seiuium litaniæ & dierum rogationum & uigilarum sanctorum, uiginti dies in pane & aqua pœniteas. Habuisti consuetudinem ut plus comederes & biberes quam tibi necesse esset? Si fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas, quia Dominus dicit in Euangelio. Vide te ne grauentur corda uestræ crapula & æbrietate. Bibisti unquam tantum, ut per æbrietatem uomitum faceres? Si fecisti, quindecim dies pœniteas in pane & aqua. Si quis peccatum imputando fratri imponat, antequam seorsum arguat eum, satisfaciens, tres dies pœnitiat. Quicunque hospites non recipit in donio sua, sicut Dominus præcepit, & propter hoc regna cœlorum promisit, quanto tempore hospitiis humanitatē denegauerat, & mandata Euangelica iuxta posibilitatem suam non ad impleuerat, neque pedes lauerat, neque eleemosynam fecerat, tanto tempore pœnitiat pleniter in pane & aqua. Multa alia similia apud eundem Burchardum toto illo 19. libro legas, quæ ad ciuiles ac politicas leges nullo pacto pertinere possunt, ex quibus aduersariorum fuga potentissimè, mea quidem sententia, reprimitur. Nam si in minora quoque delicta & quæ reipublicæ legibus coerceri non solent, hæc ecclesiastica potestas animaduertit

3. Ratiō.

Disputatio quinta.

65

maduertit, non igitur est ciuilis, sed planè diuina, & quæ non modò coram hominibus, sed coram Deo quoque liget & soluat.

DE INDE, per leges ciuiles tantum peccata publica & scan-dolosa puniri solita esse quis nesciat? At uirtute huius potestatis, non modò publica crimina sed occultas quoque animi latebras, pœnitentiis emendari ueterum scripta testantur. Scribit Basilius can. 34. ad Aniphiloch, non oportere ignatas & clandestinas adulteras, publica pœnitentia traduci, debere sed eam pœnam imponēdam, ex qua uiris in suspicionē uiolatæ fidei, non ueniant. Docet idem, ampliori dignos misericordia fures aut ueneficos, qui se se apud sacerdotem ultro prodiderint, & accusauerint, quām, qui conuicti fuerint. Quin & Burchardus ex pœnitentiali Romano dum sacerdorem instruit, de hac re ita præcipit: In istis omnibus, debent sacerdotes magnam discretionem habere, ut discerant inter illum, qui publicè peccauit, & publicè pœnituit, & inter illum, qui absconsè peccauit & sua peccata confessus est. quæ sententia prolixiori sermone ultimo canone sexte synodi continetur. Multas etiam illic ex eodem pœnitentiali Romano, animorum cogitationibus, pœnitentias præscripsit. Credidisti, inquit, quod quidam credere solent, dum iter aliquod faciunt, si cornicula ex sinistra eorum in dextram illis cantauerit, &c? si fecisti aut ista credidisti, quinque dies in pane & aqua debes pœnitire. Credidisti quod quidam credere solent, dum necesse habent ante lucē aliorum exire, non audent, dicentes quod posterū Sit, &c? Si fecisti aut credidisti, decem dies in pane & aqua debes pœnitire. Credidisti, quod quidam credere solent, ut illæ, quæ à uulgo parçæ uocantur, ipsæ uel sint, uel possint hoc facere, quod creduntur? Si credidisti, &c. Decem dies in pane & aqua pœniteas. Credidisti quod quidam credere solent, quod sint agrestes fæminæ, quas siluaticas uocant, quas dicunt esse corporeas; &c? Si credidisti decem dies in pane & aqua pœniteas. Hactenus Burchardus. Credere profectò hoc aut illud cum sit actio animi interior, nulla ciuili & politica potestate coerceri potest. Et ante hos omnes, Cy-

R prianus,

prianus, ipsas etiam cogitationes prodeendas docet in pœnitentia foro. Quando, inquit, & fide maiore & timore meliore sunt, qui quamvis nullo sacrificij aut libelli fascinore constricti, quoniam tamē uel cogitarunt, hoc ipsum apud Dei sacerdotes dolenter & simpliciter confitentur, exomologesimi conscientia faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medellam paruis licet & modicis vulneribus exquirunt, scientes scriptum esse, Deus non irridetur. Derideri & circuueniri Deus non potest, neque astutia aliqua fallente deludi. Plus immo delinquit, qui secundum hominem de Deo cogitans, euadere se pœnam criminis credit, si non palam crimen admisit, & si sit memor culpa non est, tamen innocens conscientia. Hactenus Cyprianus. Gregorius quoque Nisenus can. 62. & can. 63. quemadmodum & Basilius eius frater, niagnum discrimen faciendum esse credit, inter eos, qui uoluntate confessi sunt, & reliquos, qui non sponte sua sed ipsa sceleris evidentia cōuincuntur. Nam qui ex se ipso, ait, ad sua proferenda peccata impulsus est, eo quod sua sponte occulorum accusator esse uoluerit, ut qui iam affectioni medicinam adhibere appetit, & signum mutationis, in id, quod est melius ostenderit, in mitioibus pœnis uersatur. Hactenus Nisenus. Vides liac ecclesiastica potestate, non modò aperta fascinora puniri, sed etiam occultiores animorum cogitatus? Non ergo ciuilis est aut politica, ut aduersarij docent, sed prorsus diuina, qua nimis Dei auctoritate, aut intra aut extra sacramentum, peccatis, non exitiales, sed salutares pœnae præscribuntur.

AMPLIVS, hæc pœna, non in rebelles & immorigeros peccatores, sed in eos, qui animi dolore legitimæque pœnitentia aculeo commoti, non modò à peccando desistebant, sed se ipsos puniendo offerebant, conijciebantur, non ergo ciuiles erant, nam ciuiles pœnae in emendatos & ad meliorem frugem iam conuersos, & qui se se puniendo offerunt, uibrati non solent. Sed iam id probabimus, si duplicitis pœnae, quam in ueterum patrum monumentis frequentissime deprehendimus, discrimen ostenderimus. Erat quædam pœna, quæ rebellibus & nullo pacto emendatis peccatoribus inflige-

Ratio 4.

infligebatur, quam excommunicationem aut separationem uocant. Scribit Tertullianus in apologetico, communis iudicio & magna severitate atque auctoritate, reos manifestorum scelerum à communione orationis & conuentus & omnis sancti commercij relegatos. Et Origenes de eadem pœna aliquot homiliis, Cyprianus uero in his epistolis, quibus excōmunicatos hæreticos & schismaticos recenset, multa de eo pœnæ genere scribunt. Sic Theodoretus Episcopus Ladienus, ut Sazomenus est auctor, Appollinarium utrunque propter societatem cum Epiphaniu sophista impi, publicè prius reprehensum, ecclesia eiecit. Sic quoque Alexander Alexandrinus Episcopus, ut narrat Theodoretus Cyriensis, posteaquam placidis aliquot rationibus Atrium ab hæresi reuocare non potuit, obtemperare nollentem, ordine eum suo, cum consentientibus sibi remouit. Sic beatus Ambrosius Mediolan. Episc. imperatorem Theodosium ut idem Theodoretus narrat, propter sauvitam in Thessalonicenses exercitam, extra ecclesiam electum excōmunicauit. Ad eamq; pœnam eo saeculo frequentissimam, Hieronymus ad Demetriudem scribēs, uidetur allusisse cum inquit, De quibusdam. Quos ecclesia ipsa repræhendit, quos interdum abiicit, in quos nonnunquam Episcoporum & presbyterorum censura de sauit, &c.

REPERIMVS & aliud pœnæ genus, quod non in rebelles & in pœnitentes, sed in eos qui iusto animi dolore perciti, peccata sua deserentes, facta prius publica aut priuata exomologesi, Episcoporum, & ecclesiis iudicio se subdunt, de qua omnia illa, quæ antea attulimus, multaque alia ecclesiastici patres memoria prodiderunt. De hac pœna aut potius pœnitentia, multa scribit Tertullianus lib. de pœnitentia, neque enim ea, nisi iam in ecclesiasticos greges & caulas admissis, & facta prius exomologesi imponebatur. Quod idem multò frequentius & prolixius Cyptianus insinuat sermone 5. de lapsis & lib. 3. epistolarum epist. 14. & 16. ubi docet in minoribus etiam peccatis &, quæ non in Deum committuntur, necessariam esse ad exomologesim uenire. Itaque eos, qui iam tandem post priorem illam pœnam, siue

R. ij post

Ecc. hist.
lib. 6. &
25.

Ecc. hist.
lib. 1 cap. 2
& 4.

lib. 5. ecc.
hist. cap. 1.

post separationem, per presbyteros ut ad meliorem frugem redirent admonitos, uidebant Episcopi emendatos, non tā iuxta scandali rationem, quām iuxta culpā naturam & grauitatem, pœnitentiis mulctatos in ecclesias reducebant. Erant autem huiusmodi pœnae, ieunia, cilicia & reliqua, quæ ad corporis macerationem pertinebant. Licet ergo primi illud pœnarum genus, quo in rebelles adhuc & peruvicces peccatores animaduertabatur, ad ciuilem correctiōnem pertinere quis diceret, de secundo tamen id nulla ratione afferi potest, cum esset voluntarium & spontaneè suscepit.

Ratio 5.

PRAETEREA, nō esse eas pœnas ciuiles aut à potestate ciuili deriuatas, iij fines, in quos tum à suspicentibus, tum uerò ab infigentibus dirigebantur, clarissimè demonstrant. Ij uerò quatuor à sanctis patribus recenseri solent. Primitus erat peccantium correctio, secundus scandali reparatio, ut alij quoque terrentur grauitate supplicij, atque hi fines ut cunque ciuiles cogitari poterant. Illi tamen prorsus erant Theologici, peccatorum purgatio & tormentorum, quæ in hoc aut futuro saeculo persoluenda erant compensatio, & postremus ne Deus ecclesia si peruersos patienter tolerasset, ira sceretur. Atq; ad has duas posteriores causas Basilius can. 84. & 88. sub his uerbis alludit. Hæc præscribimus, ut pœnitentiū fructus probetur. Quod si à propriis moribus non facile auelluntur, & carnis uoluptatibus potius quām Deo seruire uoluerint, atque ita ex Euangelio institutam pœnam non admittant, nulla esse cum illis communis oratio, meritoque cum eis perire, animum inducamus; sed graue iudicium formidantes, & terribilem Dei retributionis diem præ oculis habentes, ne uelimus, una cum alienis peccatis perire. Sic enim non docuerint teribilia Dei, & tot plagæ nos in sensum non deduxerunt, quod propter nostram iniquitatem nos dominus dereliquit. & tradidit in manus Barbarorum, & populus ad hostes captiuus deductus est, & dispersioni traditus. Et subinde; Sin autem hoc non possumus, studeamus nostras aninias ab aeterna damnatione eripere. Hactenus Basilius. Sed hos quatuor fines scriptis patrum ad ductis

ductis uelle comprobare forsan ociosum esset. Cum ergo ciuiles pœnae in ciuiles tantum fines dirigantur, sequitur has pœnas non ciuiles, sed Theologicas & ad remissionem peccatorum pertinentes esse, atque adeò non à potestate ciuili sed Theologica deriuatas.

Postremo⁶, per pœnas ciuiles tantum, nemo Deo reconciliatur, at, docent sancti patres pœnitentias ab ecclesia impositas & in eadem peractas salutares esse, & Deo nos reconciliare; non igitur aut ecclesiæ pœnitentia ciuiles erant, aut à potestate tantum ciuili deriuabantur. Enim uero ex concilio Nicæno perspectum est, Nouationorum hærefini in hoc

Ratio 6.

can. 8.

&c.

fitam fuisse, quod dicerent, Deum quidem lacrymis ac pœnitentia placari, non tamen per ecclesiæ potestatem, aut pœnitentias ab ipsa iniunctas, in Dei gratiam redire posse. atque istud est, quod Cyprianus frequentissimè improperat eidem Nouatiano. Eamque hæresim tum alibi sepè, tum uerò lib. 4. epist. 2. acriter infectatur, docens aduersum esse rectæ fidei, docere pœnitentias ab ecclesia positas, & ex eius præscripto peractas, apud Deum non prodesse, aut diuinæ iustitiae non satisfacere. Idque est, quod ab Accessio hæretico audiuuit Constantinus, qui cum eundā interrogasset, an infidei Nicæni concilij & Paschalis fasti diffinitionem concederet, utique respondit. Verum subinde interroganti eidem imperatori, quare se ergo à communione separasset, respondebat. Quoniam hi, qui peccassent ad mortem, bene quidem admonendi essent, ad pœnitentiam, spem uerò pœnitentia, non à fæceralibus, sed ab ipso Deo expectare debere; qui & possit & potestatē habet remittendi peccata. Atque idem docet Tertullianus iam Montani hæresi infectus, ut antea diximus, eo libro, quem de pudicitia, contra ecclesiasticos, quos per contemptum psychicos, idest, animales uocat. Et demum docere pœnas ab ecclesia inflictas tantum esse ciuiles ad coercenda hominum flagitia, error est pessimus Caluini & aliorum hæreticorum, qui nostra memoria ecclesiasticam fidem inuaserunt, qui ex Christiana religione, aut ἀναρχίᾳ aut non amplius, quām ciuile quādam metuque tantum hominū coercitā uiuendi rationē efficere moluntur.

Hist. Tri-

par. lib. 2.

cap. 13.

Persuadetur

Per suadetur eadem potestas indulgentias conferendi, rationibus à Christianæ religionis natura ac proprietate deriuatas. Cap. XXVI.



Voniam autem, ut huius libri initio diximus, tum Christiana dogmata rectè asseruntur, cū non modò scripturis, & ecclesiastico usui, sed rationi quoque ipsi assonare comprobantur, haud inutile futurum est, si hunc senarium euangelicam unum potestatum numerum, cuius partem unam indulgenti poenas peccatorum potestatem esse tradidimus, Euangelicæ religionis naturæ ac genio conuenire probemus. Nam si omnes has potestates ab eius essentia & ratione comprobemus effluere, profecto, quisquā indulgentiarum tribuendarum potestatem à Christo institutam fuisse dubitare non poterit: nihil enim ille imperfectum in ecclesia reliquit. Itaque sex has, quas in ecclesia esse diximus erga peccatores institutas à Christo potestates, non modo tres illi Ioannis & Matthæi euangelici loci, sed ipsa quoque Christianæ religionis ratio atq; natura postulare uidetur. Nam cum Christianum institutum, non tantum sit religio sed lex, quæ diuina quadam ratione mores hominum componat, necesse erat in ea ad publica coercenda peccata, summis præfectis, publicam quādam ac forensem potestatem tribui, qua homines rebelles ac impoenitentes, ne quasi oves morbidæ reliquos greges inficerent, abscederentur: alteram etiam illi respōdentem, qua iam correctos, & emēdatos homines rursus in ecclesiam admitterent. Deinde cum non sit quæcunque religio, sed quæ peccatorum remissionem ac condonationem profiteatur, in peccato autem duo agnoscamus culpam & pœnam, necesse erat ut esset una potestas quæ in culpas auctoritatem exiceret, & altera, quæ in pœnas. Pœna autem quemadmodum & culpæ in

in duplice sunt discriminæ. sunt enim quædam occultæ, quæ occultis peccatis in penitentiæ sacramento detectis, imponuntur; manifestæ aliae, quæ publicis & scandalosis peccatis applicantur extra sacramentum. Sed cu' pœna siue publicæ siue occultæ unicum habent ministrum, quoniam una est in utroque genere peccatorum penitendi ratio: pœna siue penitentiæ non unum sed duos, quoniam in his peccatis, quibus non modo Deus sed proximus quoque scandalo offenditur, non idem sed prorsus diuersus puniendi debet esse modus. oportet enim publica peccata, publica quoque coerceri pœna. Vnde licet potestas imponendi pœnas, in sacerdotibus & episcopis siue aliis ecclesiæ perfectis una sit genere potestas, non tamen specie & ratione. una enim in sacramento ut plurimum publica, altera extra sacramentum diuina tamen potestate, aperta & quæ scandalo ecclesiæ fuerunt, delicta resarcit. Demū cum euangelicum institutum non sit lex & religio, quæcunque, sed quæ ad sanctæ cuiusdam reipub. quam ecclesiam appellamus, gubernationem deseruit, oportebat ut in ea esset unum caput, cui reliqua uniuersæ potestates, siue quæ ad abscedendos, siue quæ ad ligados, aut soluendos pœnis peccatores pertinerent, excellenti quadam ratione tribuerentur. atque hæc est illa, quæ absque ulla limitatione, Petro his uerbis exhibetur, Quodcunque ligueris super terram erit ligatum & in cœlo, & quodcunque solueris super terram erit solutum &c. Ligant quidem Apostoli uel dum gladium excommunicationis in sceleratos uibrant, uel dum iam uitia deserentibus, penitentias imponunt, sed excellentiori quadam ratione Petrus & excommunicat & ligat & pœnas quæ peccatis debebantur indulget. Sed ecclesiastica potestate indulgentias peccatorum conferendi, fortasse iam satis.

Quod

Quod hæc tribuendi indulgentias potestas, in omnibus ecclesiasticis pastoribus sed in Romano pontifice excellenti quadam ratione ac modo sita sit.

Cap. XXVII.

Disputa. 6.



Vnc iam de huius ecclesiasticae potestatis subiecto, nobis agendum est. Nam & hæc consideratio ad huius materiae intelligentiam perfectamque cognitionem magnopere pertinet. Ergo ut in præcedenti articulo, euangelicis locis, patrum ueteri doctrina, & ipsa quoque uitæ Christianæ ratione constituimus, Petrus Apostolorum princeps &, qui illi in Apostolica dignitate succedunt Romani pontifices, huius potestatis apicem in ecclesia fortiuntur. quanquam enim (ut antea diximus) cunctis in uniuersum Apostolis data fuerit potestas imponendi sceleris hominibus, iam tamen ad meliorem frugem conuersis, & ecclesiasticam disciplinam non detrectantibus, in remissionem peccatorum, siue publicas extra sacramentum, siue occultas in sacramento poenitentias, omnis tamen illa potestas non absoluta sed Petri imperio subdita, data est ut antea quoque ex ipso uerbo Dei aperte ostendimus. Dum enim Petro seorsum ea potestas, quæ reliquis omnibus Apostolis tributa fuerat, conceditur, satis ostenditur, reliorum auctoritatem eidem subiectam. Quo pacto enim multi eodem imperio integro, nisi cum ingenti pacis detrimento frui possent? Atque id semper docuit ecclesiasticus usus, ut episcopi non ampliores aut impositarum aut imponendarum poenitentiarum indulgentias & remissionses cōferant, quam eisdem permiserit Pontificia potestas. Sic Alexander tertius abusum episcoporum retundit, qui non solis sibi subditis sed uniuerso quoque populo Christiano, quod erat Romani

Cap. Quod autem de penitentia & remissione.

mani pontificatus proprium, indulgentias elargiebantur. Sic Innocentius tertius in Lateranensi concilio, eosdem episcopos coercet, qui per indiscretas ac superfluas indulgentias poenitentiarum disciplinam eneruarent, atque colliderent; modumque elargiendi indulgentias, eisdem imposterum, quadraginta dierum spaciū, non de quibusque, sed de impositis poenitentiis præscribit; abbatesque reprimit, qui contra ecclesiastica iura in effundendis indulgentiis se eis episcopis coequarēt. Sic Lugdunensi synodo Bonifacius, episcopos intra cancellos, quos olim eisdem, prudentes pontifices præscriperant, contineri iubet. Sic demum Vienensi concilio Clemens quintus, quæstorum quorundam abusus damnat, qui contra ecclesiasticae potestatis dignitatem, indulgentiarum nundinatores agebant. qui pestilentissimus abusus, utinā indulgentias ueras ac ecclesiasticas hodie quoque quorūda blæsteronū, ingenti eorū, qui huic rei aliquādo Pōr. loco præsidēt, persidia. qui ut plurimū eisdē promulgādis præficiuntur, malis artibus nō traduceret ac suspectas redderet.

Simplices presbyteros nullam indulgentias conferendi potestatem accepisse.

Cap. XXVIII.



Ed ea quæstio non nihil habet difficultatis, an soli pontifices & episcopi indulgentias aut has poeniarum uenias tribuendi, facultatem habeant, an uero & huius potestatis presbyteri quoque participes existant. Nam si ut antea docuimus, indulgentiarum potestas non modo Matthæi 18. & 16. sed & Ioannis 20. quoque, quo loco Christus Apostolis potestatem remittendi & retinendi crimina tribuit, fundamentum habet, cum potestas illa remittendi peccata, Apostolis, non tanquam Apostolis, sed tanquam sacerdotibus tributa fuerit, protinus fieri uidetur ut cuncti quoque sacerdotes indulgentiarum tribuerunt.

S. darum

Cap. Ex eo de penitentia & remissione.

Lib. 6. de penitentia & remissione cap. indulgentiae in Clementem Abusione.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

darum potestate sint prædicti. Deinde, potestatem imponendi pœnitentias præscribendique criminibus per pœnitentiā emendatis iustas pœnas, duplē esse, unam quæ in sacramento, alteram, quæ extra sacramentum exerceretur, superius demonstrauimus; atque illam, quæ in sacramento sita erat, non modò episcopis, sed presbyteris quoque quæ admodū ut & ipsum sacramentum communem fecimus. ergo cum contiaræ potestates circa idem uersentur, si sacerdotes simplices pœnas emendatis peccatoribus possint præscribere, poterunt & eisdem easdem quoq; pœnas aut pœnitentias relaxare & iustis aut rationabilibus causis condonare.

*Quæstionis
dilectio.*

V E R M huic quæstioni, & perpetuus ecclesiasticus usus & sanctorum patrum scripta abunde satisfaciunt. Nam & si presbyteris in sacramento, pœnitentias præscribendi & emenda iam per legitimū dolorem peccata puniendi, potestatem fuisse tributam semper fuerit persuasum, condonandi ramen commeritas pœnas, & indulgendi easdem, solis supremis pastoriibus, episcopis nimirum, qui Apostolico ordini successerunt, conuenire perpetuò fuit creditum: quamquam ex commissione, eisdem etiam presbyteris, immo uero & quibuscumque alijs, eadem potestas tribui queat. Sed hoc non est tam indulgentias dare, quam datas ab episcopo aut pontifice, executioni mandare, cuius executionis in ecclesiastica historia deterumque patrum monumentis multa exempla reperire liceat. Solebant enim episcopi potestatem suam in hac parte, non modò presbyteris, sed & diaconis impartiri, ut in necessitatibus articulo, aut quoties illi iubarent, pœnitentias relaxarent: (aut ut illud sacerdum loquebatur) pace darent. Absq; præcepto uero aut permissione pontificum, presbyteros aut diacones pœnitentias condonare, semper contrarium ecclesiasticis moribus fuit iudicatum. Atque hinc Cyprianus in eos presbyteros & diacones non semel stomachatur, qui inscio episcopo, ad preces martyrum, pœnitentibus uenias darent. Quod etiam pertinet, illa ad cleruni epistola, qua quorundam presbyterorum, qui temere ac præter pontificum uoluntatem pacem quibusdam lapsis dederant, temeritatem coarguit. Quod, inquit,

*Lib. 3. ep*i*
§. 14.*

pericu-

Dīspūtatio sexta.

70

periculum metuere debemus, de offensa domini cum aliqui de presbyteris, neque euangelij. neque loci sui memores, sed neque futurum domini iudicium, neque nunc sibi præpositum episcopum cogitantes, quod nunquam omnino sub antecessoribus factum est, cum contumelia & contemptu præpositi, totum sibi uendicent? Et subinde, Contumelias, episcopatus nostri dissimulare & ferre possum, sicut dissimulaui semper & pertuli. Sed dissimulandi nunc locus non est, quando decipitur fraternitas nostra à quibusdam uestrum, qui duni fine ratione restituenda salutis plausibiles esse cupiunt magis lapsis obsunt, &c. hucusq; Cyprianus.

I D E M etiam in illis conciliorum canonibus, quos pro indulgentiarum usu, ex ueteri memoria ante produximus, aduertere licet, nunquam enim pœnas condonandi aut pœnitentias publicas aut priuatas relaxandi potestatem, aliis quam episcopis concedunt. Q uod & in Basilij, Gregorij Niseni, Petri Alexandrini, Gregorij Neocefariensis & aliorum quorūque ueterum patrum, qui præscribendi condonandiique pœnitentias canonicas tradiderunt, facile est cognoscere. Sed & idem mihi apertis uerbis posterioris memoria Pontifices decernere uidentur. Vnde caput accedentibus, de excessibus prælatorum, quorundam, Abbatum te meritatem comprimit, qui inter alia episcopalia munera, quæ usurpabant, literas quoque indulgentiarum donabant; Innocentius etiam cap. Q uod autem de pœnit. & remis. Planè decernit, eas indulgentias tantummodo ualorem obtinere, quæ à suis prælatis conceduntur. Vnde eos reprehendit, qui sine discrimine illas quibuscumque, etiam si subditu non essent tribuebant.

R E S P O N D E M U S igitur, uerum esse quod dicitur non modo Matth. 18. sed & Ioannis 20. fundari indulgentiarum usum, quoniam illic sacramentum pœnitentiae instituitur, ad cuius ministrandi potestatem facultas quoque pœnitentias imponendi, præsertim in secretioribus criminibus pertinet. concedimusque perindè, eam potestatem ad presbyteros spectare, quoniam ad eos quoque eiusdem potestatis imponendi pœnitentias, executio pertineat; at negamus ad

S ij cosdem

eosdem attinere , semel etiam à se ipsis impositas pœnitentias condonare , quoniam scilicet , hoc quām illud , altioris & eminentioris prorsus sit auctoritatis . Altior enim uero auctoritas iudicari debet , quæ totam pœnam sceleribus debitam indulgeat , quām ea , quæ cum ex legitimo dolore atq; pœnitentia culpā remittat , erga pœnas tamē si iuxta doloris & criminis quantitatē non decernat , nihil operatur . Nunc nulla consecutionis necessitas postulat , ut si minor potestas , id est , auctoritas laxandi pœnas , presbyteris à Christo donatur , potestas quoque condonandi easdem pœnas , eisdem fuerit quoque tributa . Ligare quidem , publici magistratus , qui puniendi crimina potestatem acceperunt , iustis pœnis , eos , quos eorum criminum auctores depræhenderint , possunt , at indulgētias erga eos uti , id est , semel iuste & ex legibus constitutas pœnas , relaxare , soli regi aut supremo principi , non item ipsis magistratibus licet . Nam & in recte constitutis rebus publicis , cum pagorum aut minorum oppidorū magistratus aut iustitiæ ministri , compræhendendi carceribusq; mancipandi scelerosos homines potestatem habent , soluendi tamen aut libertati pristinæ restituendi , nulla auctoritatē fungantur ; sed id solum , in superioris magistratus , qui urbicæ administrationi præponitur , potestatem concedit . Acceperunt ergo presbyteri in sacramento pœnitentia quasi inferiores magistratus præstituendi pœnitentibus pœnas ex regulis iustitiæ potestatem , non item indulgēdi easdem , quod ad sublimiores ecclesiaz magistratus , id est , ad episcopos , qui sunt supraemam suarum ecclesiarum capita , aut ecclesiasticæ potestatis monarchæ Pontificis Roman. potestatem pertinet . Vnde non ligandi & soluendi , quod ad pœnas pertinet , quemadmodum episcopi , sed remittendi & retinendi , quod ad culpas spectat , potestatem acceperunt . Accipite , inquit , Spiculum sanctum , quorum remiseritis peccata , remittuntur eis , & quorum retinueritis , retenta erunt . quasi eorum potestas , non ad pœnis ligandos aut soluendos peccatores , sed ad remittenda aut retinenda peccata directe pertinere , Christus doceat . Nam quod pœnas præscribunt peccatoribus , quibus diuinæ iustitia

tia satisfaciant , id illis non directe per se conuenit , sed quatenus ad peccati abolitionem perfectam , quæ per se & directe ad sacramentum spectat , pertinet quoque pœnarum temporalium abolitio . Est itaque præsbyteris in pœnitentia sacramento , remittendi peccata iuxta iustitiæ rationem , id est , pœnas pœnis compensando , diuina tributa potestas , quod quibusvis etiam inferioribus iudicibus in suis rebus publicis ex humana potestate competit : non tanien iuxta misericordia liberalitatem , id est , in totum aut in partem , easdem iustas pœnas condonandi , quod ipsis à Deo præfectis pastoribus conuenire decebat , potestatem acceperunt .

Præsbytero
rum pote-
stas quæ-
sus se por-
rigat.

*Discutitur , an prouinciales aut generales or-
dinum religiosorum præfecti , potesta-
te conferendi indulgentias prædi-
ti sint . C. XXXIX.*



Vi etiam affinis est illa quæstio an , esto quod presbyteri , qui Episc. imperio subduntur paræci , corepiscopi , &c. ea potestate desit uan-
tūr , ij tamen , qui nullius sed Romani tantum Pontificis dictioni subiiciuntur , ut sunt ordinum religiosorum prouinciales præfecti aut saltem generales , suis subditis indulgentias tribuere possint . Nam cum tribuendi indulgentias potestas , non ad potestatem ordinis sed iurisdictionis pertineat , & hi uniuersam , quæ Episcopi in suos , potestatē exerceant dubitari merito id potest .

In hac uero quæstione si de potestate commissionis agatur , nulla est subitandi ratio , cum eosdem quotidie Romani Pontificis auctoritate , suis gregibus , indulgentias tribuere uideamus . Sed & si de ordinaria potestate quæstio intelligatur . Nihil profectò ad Episcoporum in hac parte auctoritatem pertinet , quod huiusmodi prælatorum potestati quoque non sit commune . nam quemadmodum Episcopi pœnitentias aut iam impositas , aut imponendas suis subditis remittunt , ita quoque hi , & imponendi & remittendi pœnas pec-

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

peccatoribus potestate sunt prædicti. Neque uero est, cur eorum pœnarum imponendarum aut remittendarum potestatem, in Episcopis diuinam esse eiusque excutionem diuinus comprobari, dicamus, in eiusmodi uero præfectis religionum, contrà, humanam asseramus. Nam Christus Matthæi 18. quando Episcopis imponendi aut indulgendi pœnas auctoritatem tribuit, non cum Episcopis quatenus Episcopis agit, sed quatenus communitatum Christianarum præfectis (aut ut nunc uocamus) prælatis: esse autem hos religionum præfectoros, ueros prælatos (quauis quidam absque ulla ratione id inficentur) negare non possumus. Enim uero prælatus dicitur, qui à nullo pendentem in suam communitatem iurisdictionem exercet, quod præfecto, iis non minori iure, quam Episcopis conuenit. immo uero si de Generalibus loquamur, multò minus, eorum iurisdiction, quam Episcoporum, qui Archiepiscopis & Primariis supra se in sua ecclesia administranda subduntur. Quin uero si ueterum monumenta memoria repetamus, non modò hi sed Abbes & singularium domorum monasticarum præpositi, qui olim nulli subdebantur, prælati & pastores appellatur, quem admodum & Episcopi. Et in summa, nihil est, quod ad probandum Episcopos ueros esse prælatos spectet, quod ad horum etiam prælatorum prælationem non pertineat. Nisi id fortasse quis obiciat, quod Episcopi quoad iurisdictionem, sint de iure diuino, ij uero religionum præfecti non item: quod quauis sine ulla controuersia uerum esset, (sunt enim non modò inter nostræ, sed etiam inter prisca memorie gravissimos autores, qui contrarium doceant) nihil tamen horum in hac parte auctoritatemi demoliretur.

Non enim Episcopi quatenus sunt à Christo instituti, sed quatenus ueri sunt præfecti aut pastores, donandi indulgentias, potestatem acceperunt; quatenus, inquam, in suas cōmunitates aut societas, ad uitæ æternæ consecutionem, auctoritatem & iurisdictionem exercent, quod religionum præfectis conuenire dubitare non licet. Et alioqui hi Episcopi, qui non dum ordinis potestatem per consecrationem acceperunt, neq; proinde sunt Episcopi, auctoritatem haberent in-

Disputatio sexta.

72

indulgentias conferendi: quamuis tunc neque quod iurisdictionem, neque quoad ordinem sint de iure diuino. nihil enim tunc habent, præter Pontificis assignationem, quæ assignatio sola, ius diuinum non tribuit. Quod autem in capi. Accedentibus de excessibus prælatorum. Innocentius tertius Abbes reprehendat, qui ad episcopalia munera manum mitterent, idest, indulgentiarum literas darent, nihil horum prælatorum potestatem minuit. Primo enim non de quibuscumque prælatis religiosis, sed de Abbatibus loquitur, constat autem inter Abbes & religiosorum ordinum Generales, aut Prouinciales magnum esse discrimen, cum Abbes presbyteris Parochis, Generales uero aut Prouinciales, Episcopis aut Archiepiscopis auctoritate respondeant. Deinde Pontifex iis Abbatibus loqui uidetur, qui cum tantum in suis monasteriis iurisdictionem haberent, plebis, quibus nullo pacto præficiabantur, contra Episcopalem iurisdictionem pœnitentias publicas imponebant, & indulgentias donabant. Quod si de iis Abbatibus pontifex loquatitur, qui plebes habebat, adhuc nihil ad religiosorum præfectorū suis subditis, idest, iis, quibus quasi pastores præficiuntur, indulgentias conferendi, auctoritatem pertinebat. Non enim fit ut si populis indulgentias tribuere Abbes nequeant, suis perinde religiosis easdem non possint elargiri. Quāuis enim & plebi & suorum religiosorum prælati sint & dicantur, diuersa tamen ratione utrisque præficiuntur. nam & si exempti sunt suorum quidē integrī sunt prælati, integrāq; iurisdictionem perinde in eosdem retinent, plebiū uero, non integrī, sed Episcopi, Pontificis, aut donantiis Principis uoluntate hanc & illam partem iurisdictionis, & imperij sortiuntur. Quāquam enim Abbes quidam uel principum pieta, uel Episcoporum aut pontificum indulgentia populis præficiantur, non tamen in eosdem populos continuo integrā potestatem & iurisdictionem accipiunt, sed manent semper Episcopis digniora quādam, qualia sunt publicas pœnitentias imponere, & ab eisdem uel certis anni temporibus, uel cum tempus & occasio poposcerit, emendatos peccatores liberare.

Quod

Quod si non de indulgentiis, quæ in plebes spargebantur, sed de his, quæ religiosis tribuebantur, loqui Pontificem quis omnino contendat. Adhuc nihil præfectorum religiosorum potestas deteritur; loquetur enim tunc Innocentius, non de quibusvis Abbatibus, sed de his, qui Episcopis subdebantur; atque adeo integra iurisdictione non fruuntur, quæ ad conferendas indulgentias prorsus exigitur. prouinciales autem & generales ordinum religiosorum præfeti, integrum & perfectam in suas societates aut communitates iurisdictionem obtinent;

HAEC me eò adigunt, ut non omnino contra rectā Theologię rationem putem dici posse, huiusmodi religionū præfeti, præfertim generales, nisi Apostolicæ sedis auctoritas, obstat, & ea rationabili causa suissent interdicti indulgentiarū suis religions conferendarum potestate præditos esse. Suntq; ut mihi facile persuadeo hac potestate interdicti, non tam iuris diuini necessitate, quam conseruandæ Episcopalis dignitatis ratione, ut scilicet ea dignitas solis Episcopis exercenda relinquatur. Verùm in hac parte contrarium sentienti, haud multum resistimus.

Quatenus Episcopalis conferendi indulgentias potestas pateat. Cap. XX X.



D hác etiam considerationem pertinet illa quæstio, an Episcopi integrum in hac parte potestatem exerceant, id est, an quantas cuncte indulgentias donare uelint, & quotiescunq; uelint, impartiri possint, an uero certis limitibus certisque terminis eorundem potestas in hac parte cladatur? Ratio autem dubitandi est, quod imponendis pœnitentiis quibus cuncte & quotiescunq; à nullo pendent, nec igitur in eisdem condonandis.

VERUM hác quæstio ex his, quæ quinto articulo quando de potestate conferendi indulgentias loquebamur, scripsimus, facile soluitur. Quanuis enim sextuplicem circa peccata à

ta, à Christo ecclesiaz tributam potestatem poneremus; omnes tamen eas Petro Apostolorum principi & ecclesiæ capiti subditas dicebamus; omnes enim eiusmodi rationi atque arbitrio ex ipso Euangelico contextu subiaceere docuimus. Ergo quemadmodum in ea potestate, quæ ad remittenda peccata in sacramento pœnitentiaz omnibus in uniuersum sacerdotibus tributa fuit, Romanus Pontifex, rationabili causa, quadam sibi reseruat, neque omnia aut sacerdotum aut Episcoporum potestati permittit; & in ea, qua per excommunicationem, sceleris & obstinati homines extra ecclesiasticam societatem protruduntur, aut absoluuntur, quosdam etiam casus aliis Episcopis pro rerum & temporum conditione subtrahit, in quibus etiam si attentent, nihil tamen præstare possunt, ita quoque in ea potestate, qua indulgentia aut impositarum aut imponendarum pœnitentiarum tribuuntur, summum imperium sumimamque potestatem diuino quoque iure obtinuit, ita ut tantum quæ ab eo præscribuntur indulgentiaz, ab Episcopis, etiam propriis populis, quibus præficiuntur præstari queant. Atque hinc multas leges à Romanis Pontificibus uel per se ipsos uel in conciliis Episcopis præscriptas, legimus. Alexander enim tertius abusum Episcoporum sui sæculi, qui non solis sibi subditis indulgentias tribuerent, sed uniuerso Christiano populo ubique terrarum ageret, coercuit. Innocentius tertius in concilio Lateranensi, eorundem Episcoporum licentiam, qui per indiscretas indulgentias pœnitentiarum disciplinā encruarent, & populum ad peccandum inuitarent, modumq; elargiendi indulgentias, deinde intra quadraginta dierum spaciū, non de quibus cuncte pœnis, sed de iani iniunctis pœnitentiis, nec quocunque tempore, sed dedicationis ecclesiistarum tempore, circumscribit. Lugdunensi deinde synodo Bonifacius, contineri præcipit Episcopos intra limites sibi ab Innocentio præfixos. Neque id profecto sine magna ratione fieri in ecclesia cæptum est. nam ut omittamus id quod eæ leges præferunt, abusum nimirum Episcoporum, nimiam condonandi pœnas licentiam, per quæ eo præfertim sæculo, quo nondum ecclesiastica disciplina imponendi publicas

cap. Quod
autem de
pan & re-
mis.
C. Ex eo, eo
dem tit.

Lib. 6. de
pœn. &
rem cap.
indulgētia.

T publicas

F. Michaëlis Medinæ , de indulg.

publicas pœnitentias , & occultas graues , quibus peccata comp̄farentur , obsoleuerat , profectò ea mihi non leuis sed maxima esse uidetur , quod summus ecclesiæ pastor ac princeps , qui proximè Christum in ecclesia representat , summam condonandi peccata potestatem habere deceat . Nā principem quidem , clementia si quid aliud decet , summū autē ac supremum principē , qui Christum humani generis clementissimum redemptorem , & dignitate & auctoritate refert , summam erga peccatores clementiam exercere conuenit : quod tunc fit , cum iustis ac rationabilibus de causis , aut omnes aut maximam pœnarum aut impositarum , aut earum , quas ecclesiastici canones imponi præcipiebant , partem peccatoribus condonat . Neque fieri potuisset profectò ut si Episcopi quicunque , quascunque indulgentias elargiendi potestatem exercent , iam dudū non fuissent in maximo uilipendio ac contemptu , quando et modò unius Apostolicæ sedis nimia fortasse liberalitate , idem propè uideamus accidisse . Atque hanc causam Innocentius Pontifex in capite , Cum ex eo de pœnitentia & remission. attigisse uideatur , dum per in discretas indulgentias pœnitentiarum disciplinam eneruari , darique perinde peccandi causam hominibus , docet . Hic iam elucere satis arbitror , quo pacto fit accipendum , quod iuris canonici consulti omnes , dum canonem , ex eo de pœnitent. & remissionibus , & canonem , Nostro , eodem titulo , & canonē Indulgentiæ , libro 6. interpretantur , docere consueuerunt , Episcopos nimurum , non alias quam inpositas pœnitentias posse per indulgentias condonare . id enim non de prima illa iuris diuini constitutione accipendum est , sed de ecclesiastico rationabili tamen iure , quo eorum potestas in hac parte , & ad impositas tantum pœnitentias , & ad quadragenarium dierum numerum restricta est . quod ea integra , ut in tanta Episcoporum multitudine factum fuisset credere , fortasse abuterentur . Hac enim ratione , & multa etiam illis alia sequētibus ecclesiasticis temporibus ablata sunt , aut ad arctiorē usum per summi præsidentis potestatē restricta . Non enim omnia (excipio ordinis potestatem) quæ ad regēdas ecclesiās acceperunt , ita de iure diui-

no

Disputatio sexta.

74

no sunt , ut nullo pacto rerum ac temporum conditionibus ita postulantibus , ab ea , quæ in ecclesia supprema est , cuiq; in Christianæ uitæ administratione subseruiunt , potestate permutari non possint . Nam prioribus ecclesiasticis sæculis , Episcopos non modo impositas & iniunctas , absque ullo dierum aut temporum termino , sed imponendas quoque pœnitentias condonasse , ea , quæ ex Cypriano aliisque ueteribus , quarta & quinta disputatione , ad ostendum indulgentiarum usum attulimus , satis demonstrant . Atque de his hucusq; .



T. ij

Quæ

Quæ nam sit clavum indulgentiarum, siue ecclesiasticæ potestatis indulgentias tribuendi materia.
Cap. XXXI.

Disputa. 7.



Vnc iani de obiectio atque materia, circa quā ea potestas exercetur & expenditur, pauca dicemus; quod nimurum de ea re scholastici autores abundē disceptent, nobisque non tam integrū de indulgentiis tractatū scribere, quā eas cōtrouersias, quibus in hac parte ecclesiasticus usus ab hæreticis repræhēditur, pertractare sit animus.

S V N T igitur huius ecclesiasticæ potestatis materia ut ex prioribus disputationibus apertum esse potest, peccatorumque in Deum aut proximum perpetrantur, non quæcunque sed temporales ordinariæ pœnæ, diuina lege constituta, post iustificationem permanentes. Dico, pœnæ non itē culpæ, quoniam hoc habent discriminis sacramentalis in peccata potestas, & hæc de qua loquimur, indulgentiarum tribuendarum auctoritas, quòd illa in culpas quidem direcēt & simul in pœnas indirecēt, & quatenus cū gratia quam inter Deum & hominem peccatorem resarcit, earum condonatio coniuncta est, virtutem habet; hæc uero in solas pœnas, non itē in culpas se ipsam extendit. Dico, temporales, ad extrinsecum duarum potestatum discriminem constituendum, per sacramentalē enī potestatem, non modō temporales pœnæ, sed æterna quoque condonatur. Dico ordinariæ, ad earum pœnarum differentiam, quæ peculiari aliqua ratione prouidētia peccatoribus dum uita mortali fruuntur, infliguntur, ut de Dauid Saule, Mose, Aarone &c. dicebamus. Dixi, diuina lege constituta, ne eas pœnas & supplicia, quæ ab humanis magistratibus in legum humanarum præsidium constitui solent, compræhendere uidear. Huiusmodi enim pœnæ aut punitiones per nullam indulgentiam iustè condonari possunt, neque hæc ecclesiastica potestas ad earum dona-

donationem se extendit. Dixi demum post iustificationem, quoniam eius hominis, qui adhuc in peccato mortali detinetur, pœnæ etiam temporales, idest, quæ ex peccato ueniali, aut ex peccato mortali, quod iam pœnitentia deleuerat, in reatu perseverant, sub hac potestate non cadunt indulgentia enim, cum Christi passionis sit effectus, impiis hominibus applicari nequit. Quæ omnia quoniam secunda disputatione, tertia ac quarta, satis exposuimus & comprebauimus, hoc loco amplius prosequi non libet.

An indulgentiarum conferendarum potestas ad animas piorum purgatorio detentas protrahatur. Quid de hac re hæretici nostræ tempestatis docuerint.

Cap. XXXII.

A tamen quæstio urgenda est, an quorūcūq; hominum pœnis temporalibus, ordinariis, diuina lege constitutis, indulgentias conferendi, potestas deseruit, idest, an quemadmodum uiuentibus hominibus iustis, per ecclesiasticam potestatem, pœnæ temporariæ ordinariæ, lege diuina constitutæ condonari possunt, ita etiam hac uita mortali defunctis, in purgatorio tamen existentibus, earum pœnarum, quas non ad plenum diluerunt, eiusdem potestatis beneficio uenia donari possit. Nam & hæc difficultas, non modo nostra memoriæ hæreticos, quāquam illi alioqui purgatorium non recipiunt, obruit, sed quosdam etiam catholicos & alioqui doctos uiros acerrime torsit, dum qua ratione ecclesiastica potestas in corpore iam exutas animas extendatur, non satis percipiunt.

Potestas aiunt, indulgentias conferenti, non est alia, quām soluendi potestas tum Petro, tum uero reliquis omnibus Apostolis à Christo tributa. Soluendi autē potestati, contraria est potestas ligandi, ergo illuc noua pertingit soluendi potestas, quo

1. Ratio.



F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

quo non pertingit ligandi potestas , quoniam contraria debent esse circa idem : at potestas ligandi ad purgatorias pœnas non extenditur , nec igitur soluendi potestas ad eas propagabitur . Quod si ita est , neque ergo pontifex aut episcopi quenquam à purgatoriis pœnis eruere poterit . Assumptio prioris syllogismi , nam in propositione nulla est difficultas , ex euangelio contextu probatur . Nam siue Matth . 16 . quod loco soli Petro , siue 18 . ubi omnibus Apostolis eadem potestas à Christo tribuitur , semper soluendi potestati , potestas quoque ligandi quasi contraria adnectitur . Quod autem ligandi potestas ad purgatorias pœnas non extendatur , ipsa met Christi uerba demonstrare uidentur . non enim super cœlum aut purgatorium , inquit , sed super terram ; quæ dicitio quantuncunque pro uniuerso orbe terrarum , ut antea dicebamus , capiatur , ad purgatorium tamē extendi non potest . Non enim aliud dictio SUPER TERRAM denotare , uidetur , quam capiendo continens pro contento , uniuersos homines , qui adhuc uita mortali perfruuntur .

Ratio 2.

De penitentia
& remissione
Quod autem

DE INDE , constat canonico iure declaratum , remissiones nequaquam illis prodesse , à quorum iudice non fuerint factæ , cum nullus ligari , aut solui possit ab eo , qui eius iudex non fuerit . Hoc , inquit , Alexander tertius ad archiepiscopum Cantuariensem scribens , fraternitatem tuam tenere uolumus , quod cum à non suo iudice ligari nullus ualeat , uel absolui , remissiones prædictas (loquitur autem de indulgentiis , quæ in dedicationibus templorum ab episcopis alienis pleibus impertiebantur) prodesse illis tantummodo arbitramur , quibus ut profint proprij iudices specialiter indulserunt . Ergo si pontifex non est iudex animarum purgatorij , nullo pacto eisdem indulgentias aut pœnarum uenias concedere poterit .

Ratio 3.

In Clemens
Affectionib.

TERTIO , Clemens quintus in concilio Vienensi , damnat opinionem quorundam , qui indulgentiis se animas à purgatorio reuocare docebant . Animas , inquit , tres uel plures parentum uel amicorum , qui eleemosynas eis conferunt , mendaciter extrahant , & ad gaudia paradisi perducāt . ubi glossa in uerbo , MENDACITER . Cum sint , ait , Dei iudicio

Disputatio septima .

76

dicio referuata & allegat . Dift . 25 . cap . Qualis .

DEMVM , si pontifex posset animas à purgatorio per indulgentias auctoritate propria liberare , totum ab eo si uellet , purgatorium uacuum redderetur ; at id uelle deberet , cum opus sit pietatis plenissimum . immo si exequi id quām prium posset , non statueret , crudelis nimium & impius diceretur . Quod si respondeatur , posse quidem pontificem omnes animas à purgatorio extrahere , non tamen absque legitima causa . Quæ quæso illa potest esse , quæ charitatis meritum ualeat superare ? Nam si ad hoc ullo pacto à Christo potestas relicta est , profectò , tunc animæ per misericordiam eripiētur , quæ ut iustitia in Christo quoque reperitur .

Præterea si per pia opera , ut bellum contra infideles , ut fabricam sancti Petri , aut aliquid aliud necessarium , id rectè fiat , quanto magis ex uehementi erga eas animas caritate , idipsum fieri poterit & debet .

Ratio 4.

Lutherus
apud Mar-
cellum .

Demonstratur sanctæ scripturæ locis , ecclesiasticum concedendi indulgentias animabus purgatorij usum , legitimum esse , ad eumq; exercendum à Christo relictam potestatem .

C. XXXIII.



Tque ita quidem isti , quæ tamen quantum in hac parte ecclesiasticum usum lədant , aut suspectum efficiant , iam est expendendum , si tamen priùs eiusdem ecclesiastici usus rationes quasdam (neque enim omnes possumus) in medium proferamus . Quanquam mihi ac reliquis omnibus , qui potius simplici quadam ac sincera ahimi obedientia , quām proprij cerebri iudicio , ecclesiastica dogmata & consuetudines metiri solent , omni ratione , maius est , sic eandem ecclesiam , quam Spiritus sancti magisterio potiri non est dubium , à multa temporum memoria confuse-

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

consueuisse. Eandem enim, præfertim cum de hac re non modo viros doctissimos, sed etiam cœcumenica concilia, quorum tamen nullus erat in hac parte quæstus, toties consuluerit, à Christo, heretica aut superstitionis doctrina seducipermissam, persuaderi non possumus.

S E D antequam nostras rationes pro eodem ecclesiastico usu adducamus, illud mihi declarandum esse video, non uniuersam, quam superius, cùm rationibus, tum scripturis, comprobauimus, condonandi pœnas peccatorum potestatem, quam non modo in Petro atque eius successoribus, sed in episcopis quoque, qui Apostolis pastorali ministerio sufficiuntur, sitam esse dixinus, ad pœnas usque purgatorias hominum defunctorum extendi. sed eam solam, quæ in pontifice summoque ecclesia pastore residet. quod quibus rationibus non modo nobis sed aliis quoque uiris doctis arriserit, postea dicemus.

P R I N C I P I O, ne sine sanctæ scripturæ testimonio rem aggredi uideamur, profectò non admodum obscuræ id genus potestatis, Petro Apostolorum principi, Christus Matth. 16. si exactè & omni prorsus consuetudinum ecclesiasticarum proscripto fastidio, eius uerba exigantur, detulisse uidetur. Tibi, inquit, dabo claves regni cœlorū, & quodcunque solueris super terram, solutum erit & in cœlis, & quodcunque ligaueris super terram, ligatum erit &c. Enim uero, quemadmodum claves non aliud quam tollendorum impedimentorum, quæ à peccato derivantur potestatem intelligit, ita regnum cœlorum, non aliud hōc loco, quam externæ fælicitatis adceptioni significat. quanquam enim uarius est in euangelica scriptura huius nominis usus, quandoque enim pro huius ecclesiæ, quæ nunc per euangelicæ uitæ studia, cœlestes illas nuptias meditatur, accipitur, ut quod de postremo eius sœculo Christus, inquit, Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, &c. hic tamen pro cœlesti fælicitate, quam post hāc uitam speramus, usurpari, non est dubitandum. Immo nunquam alicubi pro militanti ecclesia regnum cœlorum capit, nisi in quantum in ea, in hac uita mortali, per fidem

&

Regnum cœlorum quid denotet.

Math. 18. Gregor. in homin.

Disputatio septima.

77

& iusta opera, iusti cœlestem illam uitam meditatur, in qua postea regnabunt in sœcula sœculorum.

Apos. 22.

N V N C iam ita profecto absque ullo uicio colligemus. Petro hoc loco, tribuuntur à Christo claves regni cœlorum, id est, tollendorum impedimentorum, quæ in sempiternæ fælicitatis acquirendo gaudio, eiusdem gaudij capacibus hominibus opponuntur, potestas indulgetur; at defunctorū piorum hominum animæ capaces sunt beatitudinis, & ab illa per pœnas temporariaſ excluduntur, potest igitur Petrus per hanc sibi tributam potestatem, eas pœnas tollere, & illis regni cœlorum portas referare. Enim uero Petro absolute ac simpliciter regni cœlorum claves à Christo traduntur, ut scilicet eis, cunctis suis uiuis suis defunctis, qui per humana impedimenta illuc ingredi nequeunt, dum modo sint ex illis, qui ius habent ingrediendi, quod propter damnatos dixerim portas apperiat. Ergo cum animæ in purgatorio existentes, ius habeant illuc intrandi (gratia enim ac Dei amicitia, in qua huic uitæ mortali concesserunt, id obtinuerunt) id beneficium ab eodem Petro poterūt percipere. Et certè eius, qui arcis aut domus alicuius claves absolute ac sine ulla limitatione à rege accepisset, potestatem, ad hos uel illos introducendos uelle restringerè, nulla ratio permittit: ille enim non his aut illis, sed in uniuersum omnibus, qui tamen regis aut principis hostes non essent, potestatem aperiendi obtinuit. cur igitur etiam de amplissima illa clavium regni cœlorum collatione Petro à Christo facta, sentire non liceat? Ergo dum Petro Christus, claves regni cœlorum absolute ac sine ulla restrictione, neque eorum, quibus aperire deberet, illa memoria habita, committit, uniuersis ius intrandi habentibus, siue in carne siue extra carnem essent, portas regni cœlestis referandi auctoritatem ac potestatem tradit; hostes autem (iij sunt, qui uiuentes aut mortui mortali scelere detinentur) introduce non ualet.

V

Osten-

Ostenditur, dictionem SVPER TERRAM, non uiuorum tantummodo, imperium denotare, sed ad purgatorium quoque extendi. Cap. XXXIII.



Tqui aiunt. Christus hoc loco, quam late Petri potestatem extendi uellet, aperte insinuat, duxit dicit. Et quodcumque solueris super terrani, solutum erit & in cœlo, & quodcumque ligaueris, ligatum erit, &c. SVPER TERRAM igitur, non alibi, Petro tribuit potestatem. cum ergo animæ, quæ in purgatorio detinentur, non sint super terram, in eas nullum ius Petrus obtinebit. Quæ ratio tantum ualuit apud maiorem theologorum partem, ut hanc indulgendi poena à Christo Petro tributam potestatem, nihil in purgatorijs animas per modum auctoritatis ualere decreuerint, sed tantummodo per suffragij modum, de qua re paulo post loquemur.

Dilectio. M I H I uero (tantum abest ut eam denoliatur) prorsus huic ecclesiasticæ potestatis auctoritatem asserere uidetur. Neque nos pro hoc dogmate astruendo, apertiores scripturæ locum desiderare potuissimus. Profectò dictionem illā, SVPER TERRAM, Non modo uiuos, sed piorum quoq; hominum defunctorum animas, cruciatibus purgatorijs detentas, comprehendere, & sanctæ scripturæ communis loquendi usus, & ratio ipsa per se loqui uidetur. Nam ut eorū sententiā nunc omittam, qui ideo terræ nomine, purgatoriū quoque accipi, non sine magna rationis apparentia ostendere nituntur, quod, id ut ueteres ac recentiores theologi consenserunt, in terræ elemento, quemadmodum & infernus continetur; quæ sententia (sat scio) nullis adeo urgentibus rationibus ab aduersariis pessimandi poterit, ut ad eam deferendam, ille cui semel placuissest, adigeretur: ut, inquam, hanc opinionem omittamus, quis nesciat, nomine

1. Ratio

anīne cœli & terræ, uniuersa loca, quibus homines ac re- Celi & ter- liquæ uel spirituales uel corporales creaturæ continen- re nomine tur, in sancta scriptura intelligi? Profectò quoties uel ue- quid inscrbi teri uel novo testamento, his duobus nominibus sacri signa pura signi scriptores utuntur, uniuersarum creaturarum, siue in ae- scribuntur, locationes intelligunt. Terram autem appellant, uniuersam elementorum naturam, id est, ignem, aerem, aquam, terram, & demum quidquid non est cœlum: cuius rei, cum sit in scriptura frequētissima, huc omnia exempla uelle adducere, tediousum esset: Sed pauca instar multorum in hac parte erunt. Itaque uniuersarum rerum creationem expositurus Moses, antequam singulas orbis partes, singulorumque elementorum ornatus, peculiari sermone prosequetur, & explicaret. In principio, inquit, creauit Deus Gm. 1. cœlum & terram: ubi optimo genere procedendi, id est, re-solutio ordine, prius totum orbeum nomine cœli & terræ proponit, quam partium eius narrationem aggrediatur. eo nimis pacto, quo rei pictoria periti, prius indistinctè accōfusè carbone imaginem adambrare cōsueuerunt, quam aptis membrorum delineationibus, uiuidisque coloribus, singulas eius partes exornent. Intelligit eo loco Moses su-mendo continuens pro contento, nomine cœli ac terræ, uni-uersarum, cum materialium, tum spiritualium creaturarum ordines, quæ duo subinde in partes distracta, explicare aggreditur. Melchisedech etiam rex & sacerdos, sic Abraham 2 cede quatuor regum reuertentem benedicit. Benedictus Gm. 14. Abraham Deo excenso, qui creauit cœlum & terram. & idē Abraham ad Sodomorum regem, Leuo (inquit) manum meam ad dominum Deum excelsum, possessorem cœli & ter-ræ. Dauid deinde. Quæcumque, ait, uoluit Dominus fe-cit in cœlo & in terra. et alibi de Deo loquens, Confessio, inquit, eius super cœlum & terram. Quærerit & apud Ieremiam, Dominus, Nunquid non cœlum & terram ego im-pleo? in Isaia etiam, Cœlum sedes mea est, & terra sca-bellum pedum meorum. Et ne multa, contra id, quod promisimus, absque ulla necessitate proferainus, in ea orandi

Psal. 134.
Psal. 169.
Ierem. 33.

1a. 66.

F. Michaëlis Medinae de indulg.

Matth. 7. forma, quam Christus nos docuit, tertio loco ea pietatis potestas est, qua voluntatem in terra, quemadmodum & in celo fieri postulamus. Nunquid Melchisedech, tantummodo Deum, elementum terrae aut celestes orbis creasse credebatur? Nunquid Abraham tantummodo posse fore elementi terrae, aut supra mundanæ illius sphaerae Deum existimabat? Nunquid David in terra tantum elemento aut in corporibus illis celestibus Deum exequi quæcunque uellet, cogitare poterat? Nunquid dominus tantum mundi partem, quæ terra vocatur, & corpus hoc celeste, quod oculis percipimus, & non item aquam, aerem, ignem &c. amplecti? Nunquid in his duabus mundi partibus Deus tanquam in throno per presentiam essentiam & potentiam residet? Et demum, Nunquid in terra tantum, celestiæ illa corporum substantia, Dei uoluntatem impleti postulamus? Intelligitur ergo cœli ac terræ nomine in sancta scriptura, non celestis aut terrestris locus, id est, totius cœli & totius terræ superficies, sed uniuersorum elementorum, & celestium corporum ambitus, quo tum corporales, tum spirituales substantiae ac creaturæ continentur. Quod si id ita est: quicquid igitur est, & in cœlo à sanctis auctoribus esse non dicitur, in terra sit, ipsa rationis consequentia necesse est, siue id in ignis elemendo, siue in aqua, siue in aere, siue demum in terra uisceribus & abysso conclusum sit. tunc deinde, ergo purgatorium animarum, cum in cœlo non contineatur, super terram erit, & ei potestatis, quæ à Christo Petro super terram donatur, perinde subiectum. nisi malis ita colligere: Ergo cū animæ à corporibus solutæ, pœnis tamē luendis in purgatorio detentæ, non sint in cœlo, in terra continebuntur, atq; adeò hæc potestas à Christo Petro Apostolorum principi tributa, in earum pœnas imperium exercet, quoniam super terram ei donatur.

3. Ratio. Quid autem hoc loco. terræ nomine, omne id etiam, quod non est cœlum, aut omnes illi homines siue uiui, siue defuncti, qui cœlo non continentur, designentur, aperte cœli & terræ quemadmodum & in illis locis scripturæ, quos adduximus, combinatio aut contrapositio ostendit. Tibi, inquit, Christus, dabo claves regni cœlorum, ecce potestas

Petro

Dspiculatio septima.

79

Petro tributa, uerum quam latè extenditur hæc potestas? Quodcumque, ait, solueris super terram, solutum erit & in celo, & quodcumque ligaueris ligatum erit. Ergo cum cœli nomine, illic, eos omnes, qui uita felici iam fruuntur, id est, beatam illam ciuitatem intelligat, ipsa rationis necessitas cogit, ut nomine terræ, id omne, quod non dum ad illam ciuitatem pertigerit, accipiamus, ac proinde ipsa met rationis uiolentia fateri compellit, Petro super terram, ut cœlo ponitur à Christo tributam potestatem, ad quoscumque siue uiuos siue defunctos, modò cœlo aut cœli nomine non claudantur, attingere; purgatorium autem, aut purgatorij animas, aut in celo esse, aut nomine cœli, quod semper felicitatem denotat, cōtineri, nemo profectò uerè dixerit. *TERTIO* dictionem illam, *SUPER TERRAM*, Petro collatam potestatem, ab animabus purgatorij non exclude-re, id etiam ostendere uidetur: quod licet ea animæ, quantum attinet ad essentia rationem, non sint super terram, sunt tamen super terram meriti ratione, quia ad purgatoriū damnati, in terra meruerunt. Esse autem ratione loci, quo quis deliquit, in eundem actionem quandam, humanæ leges ac sanctiones testantur. Quia in prouincia quisque deliquit, ait, Imperator pœcuniarum & criminum fit reus, siue de terra & terminis, siue de proprietate, siue de possessione aut hypotheca, uel de qualitate, occasione uel re aliqua reus fuerit, illic etiam iuri subiaceat, quod ius perpetuum est. Ergo ratio ipsa ciuilis prudentiæ, quæ profectò non est aliud, cum naturæ ipsi iustitia que respondet, quam diuinæ prouidentiæ umbra quædam, æquum esse ostendit, ut purgatorij animæ, quandoquidem adhuc contracto per peccatum pœna rum debito subiacent, illic absoluantur ubi deliquerunt; præsertim cum per corporum interitum, dictionem ac iurisdictionem uniuersalis Domini non effugerint. Siue enim in hoc mundo, dum uita mortali fruuntur, siue extra illum, per corporis resolutiorem carni liberantur, sub Dei imperio ac dictione continentur. Quemadmodum ergo olim sub Romano imperio, quando omnes gentes eidem dictioni parabant, & nunc in his prouinciis, quæ regiam rationem uiuen-

*C vbi de
crimin. agi
opereat. l.
Qua. Et in
Aucten. us
omnes obe-
diant pro-
vinciarum
indictib.*

F. Michaëlis Medinae, de indulg.

uendi seruant, summus princeps, in eo loco de crimine agi ubi quis deliquerit, summa cum ratione statuebat, quoniam scilicet, ubicunque puniebatur, qui deliquerit, sub eius imperio puniebatur (& alioqui decentissimum est, ut ubi quis iustitiam iæfit, idem eandem resarciat & restituat) ita non modo non aduersatur rationi, sed cù ea maximè conuenit, & cohæret, ut illuc absoluantur à pœnis piorum animarum ubi, per peccatum, earundem pœnarum reatus contraxerunt, quandoquidem, Dei, qui cœli ac terræ dominus est, imperium & iurisdictio per hoc non evita tur.

AMPLIV's, dicant mihi obsecro, qui Petri potestaten per modum iurisdictionis, impurgatorij animas extendi non uollunt, an plures quam duas ecclesias fidelium hominum, militarem unam & triumphantem alteram constitui uelint. Quod si negent, quoniam licet multi multas constituent, electorum, iustorum, &c. omnes tamen ad has duas quasi partes ad suum totum reducuntur, ut nos libro septimo De Recta in Deum fide, prolixo sermone demonstrauimus: omnis igitur, qui pertineat ad ecclesiam, si non in triumphanti ac felici illa ecclesia numerandus sit, ad ecclesiam militarem pertinebit, at anima purgatorijs, ad triumphantem ecclesiam nondum pertinent, ut est apud omnes manifestissimum, pertinent igitur ad militarem ecclesiam, nisi forsitan unam tertiam ecclesiam per se efficere quis uoluerit, quod est longè absurdissimum. Quod si ad militarem ecclesiam pertinent, ergo cum eo loco, Petro à Christo in totam militarem ecclesiam potestas & imperium donetur, donabitur etiā & potestas in purgatorium. Nam Petro in totam militarem ecclesiam potestatem tribui, ipsa Christi uerba manifestè produnt, cum super terram, ut cœlo, idest, ecclesia triumphali opponitur, eidem auctoritatem tribuat. Cœlum autem ibi triumphalem ecclesiam designare, non est dubium. Nam prater ea, quæ superius de hac re satis multa diximus, cœlum eo loco & regnum cœlorum idem sunt: cum ergo regnum cœlorum triumphalem ecclesiam significet, & cœlum eandem proinde significabit. Patet autem cœlum & regnum cœlorum illic pro eadem recipi, ex ipso uerborum sensu. Nam cum prius

Dissolutio septima.

80

prius dixisset Christus Petro, **TIBI DABO CLAVES REGNI CÆLORVM**, idest, potestatem tollendi impedimenta regni cœlorum adipiscendi, declarans subinde quam utilitatem haberet illa potestas, protinus adiungit. **ET QVOD CVNQVE SOLVERIS SUPER TERRAM SOLVTVM ERIT IN COELIS**, &c. ac si dicat, hunc effectum habebit usus clavium regni cœlorum, quem tibi sum traditurus, quod cuicunque per eas claves cœlestis illius ciuitatis fores pateficeris, in eadē sancta ciuitatē ratum ac firmum habebitur.

Ostenditur idem rationibus à natura Euangelica religionis ductis. Cap. XXXV.



Erūm iam à scriptura ad ipsam rationem, ueniamus, quæ profectò in ecclesiasticis usibus approbandis etiam si nulla esset scripturarum auctoritas, apud omnia liberalia ingenia, quæque norunt, quantum, cum ueteribus rei publicæ moribus, tum religiosis ritibus ac usibus, natura aut scriptura non reclamante, sit tribuendum, magnum momentum habet.

Erco primò ad his quibus hæc non placent, rogare libet, an impossibile aut rationi aduersum & contrarium iudicent uiuentem hominem, in iam uita defunctorum animas aliquod imperium obtinere? Non dicent (sat credo) quoniam non modo ad eis beneficiendū, qualis est hæc potestas, de qua nunc disceptamus, sed ad corpora & ad hanc mortalem uitam reducendas, cui iam per separationem uallefecerant, à Christo Apostolicis hominibus, immo & ris qui eius doctrinam sincere profiterentur, ex euangelio, norunt deniantani potestatem. Nam ut eas animas quas Christus, non modo diuina potentia, sed humanae naturæ quoque à diuinitate concessa potestate, ad corpora reuocauit, omittamus, certè Petrus Thabitæ Iopensis, & Paulus Eutychi Troadensis animas post ueram mortem in corpus reduxerunt. Neque am-

80 F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

ambigendum est, hanc suscitandi mortuos potestatem, cum Euangelij utilitas postularet, inter eas, quæ Apostolico munieri ex Christi constitutione annexæ erant, debere numerari. Nam quasdam potestates, spiritualium & pœnitutum naturani mortaliū hominum trancendentium uirtutum, fuisse à Christo Apostolico ministerio atque functioni coniunctas, ipsa Euangelica & Apostolica scripta manifestè nos docent. Quomodo (inquit Paulus) effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ cum initium accepisset enarrari per dominum, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis, & uariis uirtutibus, & Spiritus sancti distributionibus, secundum suam uoluntatē. Inter spiritus deinde charismata, quæ ad Corinthios scribens Apostolico muneri iuncta fuisse commémorat. Gratiam sanitatum & operationem uirtutum idem recenset, quo loco nomine uirtutum, etiā mortuorum resurrectiones, reliquaque prodigia, naturam superantia (haud dubium) insinuat. Erant autem hæc supra naturales potestates, quasi sigilla quasdam, quæ Apostolatui dignitatem atque auctoritatem conciliarent, iuxta illud Pauli ad Corinthios scribentis, qui non nihil peruersorum hominum suggestione, de eius Apostolica auctoritate subdubitarent, Signa Apostolatus mei facta sunt inter uos, in omni patientia, in signis & prodigiis & uirtutibus.

Nunc iam ad rationem nostram reuertamur. Si mortalī homini, natura reclamante, non modo morbos pellen-di, sed animas posteaquam omne humanum imperium ac iurisdictionem egressa fuerant, in corpora reducendi potestatem Christus tribuit, atque eam Apostolica dignitati coniunxit, (nomen enim Apostoli non uerbi tantum praedicandi, sed has etiam spirituales operationes & uirtutes edendi potestatem dicit) cur non summo Apostolo eidemque summo ecclesiæ pastori, liberandi ignibus purgatoriis cruciatas animas; facultatem indulgere potuit?

Aīs uero, Hæ animæ humana iurisdictione & imperio non continentur fateor, si naturam tantummodo species, at non si gratiam & Christi uoluntatem attendas, Qui uiuorum

Hab. 2.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

Rom. 14.

Disputatio septima.

81

rum & mortuorum dominatur, atque adeò cui libuit, potissimum pro eorundem commodo, subiicere potuit.

SED maiora multò iam dicamus. Enim uero, Angelicas substantias multo esse cum dignitate, tum natura, anima humana sublimiores, & uniuersa philosophia, & Christiana sine ulla discordia Theologia docent, & sancta ipsa scriptura manifestè testatur. Nam de (homine inquit David) Minuisti eum paulo minus ab Angelis, &c. Quod Paulus etiā ad Christi sacratissimæ humanitatis comprobandam dignitatem adducit. Et denique Petrus à maiori colligit, Deum pseudopropheticis non parciturum, quoniam neque Angelis pepercit. Quibus, inquit, iudicium iam olim referatur, & perditio eorum non dormitat. si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detrac-tos, in tartarum tradidit, &c. Et apertius post pauca. Vbi Angeli, inquit, fortitudine cum sint maiores, non portant aduersuni se execrabile iudicium, &c. Angelos autem quamquam gratiam & gloriā perdiderunt, naturæ tamen iacturam non fecisse, Christiani omnes confitemur. Neque in hoc persuadendo, opus esse credo uel aliquantulū demorari.

IAM sic colligo, & mea quidem sententia, non sine multo rationis suffragio. Christus non modò Apostolicis uiris, sed in eum sincere credentibus uniuersis, potestatem in damnationes concessit, ergo non pugnat cum ratione & euangelica gratia, eandem non quidem omnibus, sed uni, non cuiuis, sed summo Apostolo, summoque ecclesiæ pastori, in piis defunctorum animas in purgatorio detentas, non malefaciendo, aut easdem torquendo, sed eis beneficiendi tradidisse potestatem. Huius collectionis propositionem iam demonstrauimus. Et collectio ac consequendi ratio per se satis aperta est. In assumptione igitur tantum defectus latere poterit, qua nihil profectò apertius docent sanctæ literæ. Ecce, inquit, ad Apostolos Christus, dedi uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit; ueruntamen in hoc nolite gaudere, quoniam spiritus subiiciuntur uobis, gaudete autem, &c. Et discipuli ad Christum. Domine etiam dæmo-

*Psal. 8.
Hab. 1.*

2. Pet. 2.

Luc. 10.

Ibid.

X nia

F. Michaëlis Medinae, de indulg.

nia subiciuntur nobis in nomine tuo , & ne uniuersas huius Apostolicæ potestatis executiones , quibus in ipsa euangelici munieris functione , ab humanis coporibus , innumera dæmonia inuita ac coacta protrusa sunt , sine causa huc adducamus , apertum est illud , quod in ipso Euangelicæ prædicationis procinctu de hac eadem potestate Christus Apostolis de credituris ingerit . Signa , ait , eos , qui crediderint hæc sequentur , In nomine domine meo dæmonia eiicient , linguis loquentur nouis , &c.

Marc. 16.
N v n c iam quis prohibebit ne sic colligamus ? Christus hominibus mortalibus , in dæmonia , quæ animas natura & perfectione superant , coerciuam potestatem ac iurisdictionem tradidit , ergo in humanas animas piorum defunctorum , qua & nostræ sunt naturæ , & dudum eiusdem reipublicæ Christianæ concives fuerunt , summo ecclesiæ pastori benefactiuam potestatem tradidisse , cum natura aut cum Euangelica echonomia non pugnat , sed cum iis potius multum magnopereque cohæret .

Et profectò qui aut Petro aut summo ecclesiæ pastori , in animas purgatoriij huiusmodi potestatem aut iurisdictionem reformidant tribuere , indignissimè de Apostolica dignitate sentire mihi uidentur . Nihil enim illi aliud tribuunt , quam cuicunque alteri prophano ac humano prorsus magistratui , tribuerent . Quemadmodum enim humano magistratui homines tantummodo mortales subiciuntur , atque in hos per ipsam mortem , dominium iurisdictionemque idem magistratus perdit , ita etiam absque ullo profectò rationis suffragio de ecclesiæ summo magistratu atque dignitate do cent , tantum in uiuos homines exercere potestatem . Neque satis attendunt , summum ecclesiæ præfectum non quicunque esse , sed Christi , qui iudicaturus est uiuos & mortuos , & qui constitutus est à Deo iudex uiuorum & mortuorum , cum plenitudine potestatis soluendi , idest , tollédi uniuersa regni cœlestis acquirendi impedimenta , uicarium , id est , qui eius adducendos homines ad felicitatem potestate fungatur . An non Christus uiuorum & mortuorum est dominus ? An non Christus est cuius iustitia decernente , in pur-

gatorias

2. Tim. 4.
Act. 1.c.

Disputatio septima.

82

gatorias pœnas animæ illæ damnantur ? Cur non ergo & in uiuos & in defunctos , iuxta suæ uoluntatis arbitrium , non modò suo uicario , sed cuicunque illi libuerit , potestatem ac iurisdictionem indulgere potuit ? præsertim cum siue mortui siue uiui , omnes ad eandem ciuitatem & ecclesiam pertineamus ? Illud ergo in hac parte semper præ oculis habendum , Petrum aut post illum , Romanum Pontificem , non quâ homo est , sed quâ in hac ecclesiastica ciuitate Christi imperio ac potestate fungitur , siue uiuorum siue mortuorum , pœnas ac supplicia relaxare : immo uerò existimandum est , eundem non esse aliud , quam Christi quoddam in instrumentum , per quod idem siue uiuis siue mortuis misericordiam impertit . Quin uerò Pontifex in hoc officio præstanto natura posterior , Deus autem prior , est , quemadmodum instrumentum omne agenti principali in agendo posterior est . Neque maius in hac parte miraculum esse existimo , quam in sacramentali culparū absolutione , immo tanto minus quâto pœna temporalis , quam culpa & æterna pœna , minor est . Nam si de iurisdictione agitur , profectò nulla in internas animi cogitationes & latebras , homini mortali qualis est sacerdos , etiam in subdissimis hominibus , & quantumvis sub eius dictione constitutis , ullo pacto competit , sed tantummodo quatenus Dei sunt ministri , atque in eo foro sacramentali præfeti . Qui ergo hanc iurisdictionē & imperium præter omnem naturæ ordinem , omnibus sacerdotibus , & ipsi quoque summo ecclesiæ pastori tribuit , nonne donare potuit etiam soluendi temporarijs supplicijs , quibus cruciantur , purgatorijs animas , quandoquidem in hoc quemadmodum & illo ipse est , qui præcipue agit ac remittit ?

Q v o d si eam rationem prouidentia , quam Euangeliæ statu erga humanum genus obseruare decreuit , confidemus , quod si quanto studio in eodem uiscera misericordiæ erga homines , pro quibus passus ac mortuus est , profundere querat , expédiamus , quod si quâto amore quantaq; liberalitate in ecclesia sua exornâda usus fuerit , altius animo repeta mus , profectò haud magnum nobis uidebitur , eidem ad piorum animas pœnis ac cruciatus eximendas potestatem

X ij tri-

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

tribuisse. Et ut ad primum ueniāmus , quis ignorat , nisi qui proflus Euangelicam æconomiam ignorat , non quacunque ratione Euangelico tempore cum hominibus Deum egisse , se qua optimè omnium in hac mortali uita agi poterat ? Non deerant Deo uarij modi , quibus nostram salutem operaretur , sed quoniam melius per nostræ carnis assumptionem , id fieri posse uidit , sacco nostræ mortalitatis induitur . Iam uero sumpta carne , aut ipsa carnis sumptione , aut oratione , aut iejunio , alio'ue opere ex his quæ sunt cum uirtute coniuncta , libarere nos poterat , sed quoniam nostra perfectior erat futura redemptio , si sanguine fieret , id etiam prælegit . Poterat eo sanguine , quem in circuncisione , aut si ita æquum uidebatur , eo quem in passione , citra mortem tamen fuderat , patri oblato à seruitute Diaboli ereptos , in libertatem afferere , at quoniam omniumque excogitari poterant , perfectissima redemptio futura erat , si uitam quoque pro nobis offerret , id tandem reliquis omnibus redemptionis generibus posthabitatis præfulit . Atque idem profectò in singulis Euangelicæ dispensationis mysteriis , ne ea omnia exigendo tediosi uideamur , Christum fecisse , is qui uel exiguū tempus in earum meditatione consumpsit , aduertere poterit . Cum enim legibus multis ut olim Mosaicos homines , nos obstringere potuisset , uniuersam illam præceptorum molem ad unam legem caritatis reduxit . Hoc est , inquit , præceptum meum ut diligatis inuicem &c. Ergo si euangelicæ prouidentiæ ratio postulat , ut omnia in ecclesiastica repub. quod ad eorum melius fieri potuit , à Christo constituta credamus , quoniam euangelicus status est omnium postremus , à quo à mundi initio semper compositio ordine , à minus perfectis ad magis perfecta processit Deus , cur non eam potestatem in ecclesia esse à Christo constitutam existimabimus quæ non modò in uiuos beneficiendi , & impedimenta , quæ à felicitatis cœsequitione retardant , tollédi auctoritatem obtineat , sed in defunctos quoq; pios homines , qui nondū ad illâ celestem ciuitatem uenerunt ? Quis non uideat eam potestatem longè perfectiorem esse , quæ non modò uiuis sed mortuis etiam benefacere possit , ea , quæ in uiuis tantummodo

Ioann. 1. 6.

Disputatio septima.

83

modo iuuandis expenditur ? Ais uero . Hæc ratio concludit , Christum eam perfectionem rebus omnibus euangelicis in didisse , quæ cœlesti illi ciuitati debetur , illa enim omnibus quæ excogitari possunt , habetur perfectior . Respondeo . ego non de absolute perfecta aut omnium optima simpliciter rerum dispositione loquor , sed ut præmonui , de opinia , quæ in huius uitæ mortalitatem exilio excogitari potuit , quoniam hæc hominem ultra uiatoris perfectionem non collocat : talem autem esse hanc potestatem , de qua loquimur , cum multò excellentiores , hominibus adhuc mortalibus , ad ecclesiæ utilitatem tradiderit , superiùs ostendimus . Sed de pietate ac Christi erga homines , quos tanto præcio emit , misericordia dicamus . Videmus non modo à sanctis patribus eam inter præcedentes status & euangelicum sæculum obseruari differentiam , quod illis iustitia dominaretur , hoc uero tota se in humanum genus misericordia effuderit , sed etiâ hanc eandem , ipsa diuinorum beneficiorum exhibitio manifestè testatur . Quid enim fuit in illis , in quo (quantumvis diuini amoris indicium præfueret) iustitia tamen infractus rigor potissimas partes non haberet ? Aut quid fuit euangelico sæculo , tam exile beneficium , hominibus collatum , in quo non planè summam amoris & misericordia dulcedinem apprehendere liceat ? Itaque ne singula prosequamur , ipsa euangelica prodigia , quibus animis , mortalium religio ac Dei timor conciliatur , non ut olim in cruciandis , per ranas , cini- fes , locustas , muscas , pustulas &c. hominibus , non in occidendis primogenitis , non in aperiendo mari , non demum in domandis ac subiugo mittendis potentissimis regibus , sed in sanandis languidis , erigendis paralyticis , illuminandis cæcis , suscitandis mortuis , quæ omnia planè sunt mileri cordiæ plenissima , profectò expenduntur . Quamobrem Christus non aliud Ioannis discipulis rogantibus , an ipse esset Messias , idest , an iam aduenisset euangeliū , responsū retulisse refertur , quæ quod cæci uiderent , claudi ambularēt , leprosi mundarentur , surdi audirent , mortui resurgerent &c. quasi sancto uiro , qui diuini spiritus magisterio , quod esset status utriusque Mosaici & euangelici , discrimen optime puerat ,

Math. 11. 5.

uerat, id ut euangelicum tempus iam uenisse cognosceret, satis eslet ostendere. In eo profectò omnia sunt plena, Dei erga nos, misericordia, omnia pietate referta, adeò ut in nihil Christum magis laborasse quam in exquirendi modis, ac excogitandis rationibus, quibus nobis misericordiam impenderet sit proclive cognoscere. nec mirum, non enim nos corruptibilibus auro & argento, sed precioso sanguine suo à diabolo, mūdo, ac peccato redemit. Modos querit, uias excogitat, rationes inquirit, quibus paterno amore, sanguinis ac uitæ suæ præcium, uel recalcitrantibus & inuitis infundat. Ergo cum ita sit, cur non putabimus, Christum tamē potestatem uicario suo tradidisse, qua non modò eius misericordiam uiuis, sed piis quoque defunctis hominibus, impartiri ac applicare posset? An quod mortui iam sunt, misericordia Christi soli carebunt? An solis in illis (cum tamē non modo Christo grati sint, sed etiam ita in gratia confirmati, ut amplius illuni per peccatum offendere nequeant) Christi misericordia exaherietur, cum in uiuis sit exuberantissima? An erga solas illas sanctas animas, Deus iustitia seueritate aget? An in eorum punitione ac cruciatus tantummodo misericordia & ueritas sibi non obuiabunt? An sola illæ iudicium domino & non etiam misericordia cantabunt? Semper dominus cum iustitia seueritate misericordiam cantabunt? Semper dominus cum iustitia seueritate misericordiæ lenimenta coniunxit, Cur non ergo in harum animarum sanctorum & sibi amicarum punitione? Cur omnes aditus eis beneficiendi (ut hæretici, qui nec eas nostris orationibus aut suffragiis iuuari uolunt, crudelissimè docent (credendus est inter clusisse? Aut cur cum soluendi culpas & pœnas tot ad uiuorum hominum, qui tamē adhuc mæreri poterant, potestates instituit, Christus uel unam hanc, ad sanctorum animarum, quæ se per propria merita iuuare nequeunt, liberationem, instituisse non sit credendus? Postulat itaque euangelica pietatis & misericordiæ ratio, ut à Christo, eam nobis persuadeamus institutionem potestatem pœnas condonandi, quæ non modò ad uiuos, sed ad piorum defunctorum animas à pœnis ac cruciatis,

tibus,

tibus, quibus detinentur, liberandas se propaget.
D E M V M , si exornandi cōmendique ecclesiam sponsam suam, Christi studium animo meditemur, liberalitatemque, qua erga eam usus est, ad mētem reuocemus, non utique eidem eam potestatem tribuere formidabimus, cum ille multò maiora & excellentiora concederit. Nam ut eas, de quibus paulò ante locuti sumus, suscitandi mortuos, & pellendi dæmones, potestates prætermittamus, quis non aduerbit, quot quantisque charismatibus, non modò uniuersam naturam, sed superiorum temporum perfectionem excedentibus, eandem, uel spiritibus Angelicis admirabilem fecerit? Dedit præcedentibus sæculis, hominibus, quibus salutem consequerentur, diuina sacramenta, sed & numero & uirtute multò inferiora. Iæuitico sacerdotio, pecudum uictimas pro peccatis hominum mactandas permisit, Euangeliæ, suum corpus, & sanguinem, non semel aut iterum, sed iugi sacrificio offerendum indulxit: quæres non tantum hominum natura prætergreditur, sed Angelicos quoq; spiritus dignitate tascendit. Dedit Aaroni ac eius successoribus in eum populum tantummodo potestatem, Si quis, inquit, superbierit, nolens obedire decreto sacerdotis, morietur homo ille, &c. contrà; summo Euangelico sacerdoti, non in orbis parte, sed in totam terrâ, neque in totam terram tantum, sed in regnum quoque cœlorum potestatem impertiit. Tibi, inquit, dabo claves regni cœlorum, & quodcumque solueris super terram, solutum erit & in cœlo, & quodcumque ligaueris, ligatum erit &c. Quid ergo? An putandum erit, in hac tantum tribuenda potestate diuinam liberalitatem cessasse; cùm adeò, & ad ecclesiæ auctoritatem attinet, & diuinam in animas pias, quæ se se neque propriis meritis, neque propria auctoritate iuuare possunt, misericordiam commendaret? Tradidit Christus, dispensandi sui corporis & sanguinis, uultis in uniuersum sacerdotibus potestatem, & erit incredibile non omnibus, sed summo tantum sacerdoti ac uicario suo, eiusdem corporis & sanguinis, idest, passionis sui meritum, sanctis illis animabus cruciatis impertiendi tribuisse auctoritatem?

Itaque:

IT A Q. V. E cum iis rationibus, tum ipso ecclesiastico usu, qui, cuicunque uerè pio semper in rebus similibus sacrosanctus habebitur, mihi ipsi satis persuadeo, ecclesiasticam de condonandis poenis temporalibus à Christo ecclesiæ tributam potestatem, non modo ad uiuos, sed ad defunctorum animas quoque propagari, atque extendi. ita ut rationabili offerente se se causa, non minus uini, quam piorum defunctorum animæ purgatorio detenta, eiudem potestatis auctoritate siue in parte siue in toto, à poenis ac reatibus, quibus soluendis, alioqui ex divina iustitia obnoxiae erant, uerè ac re ipsa, liberentur. Sed iam rationes aduersariorum in examen uocemus.

Diluuntur Lutheri aliorumq; argumenta, quibus contendunt ecclesiasticam potestatem de conferendis indulgentiis, ad defunctos non protrahi. Cap. XXXVI I.

vide sup.
cap. 32.



Rgo quod primo loco aiebant, soluendi potestatem contrariam aut correlatiuam esse potestati ligandi, haud imus inficias, potissimum cum utrāque Christus ubicunque coniuxerit. Cum deinde adiungunt. Ad quod cunque ergo soluendi potestas extenditur, etiā potestas ligandi extēdetur, ac proinde si animæ purgatorij per eam potestatem solui possunt, poterunt quoque ligari; quāquam satis hunc cauillū superius disicerimus, non grauabimur tamē, nunc cum ipsa materiæ necessitate compellimur, eidem sed apertius repetere.

RE S P O N D E M V S ergo primò, malam esse collectiōnem: quoniam ut antea docuimus, ad multò plura soluendi potestas, quam ligandi, protrahit. quemadmodum etiā remittendi peccata potestas quidē sacerdotibus cōuenit, at non item ligandi, quoniā peccatis animas obligare, idest, gratiam subtrahere, diuinæ tantummodo potestatis est munus.

Respon-

Primeri
rationis ad
uersariorū
dilectio.

RE S P O N D E M V S secundo (si quis eas potestates omnino & aequales esse uelit) potestatem ligandi & soluendi aequas fuisse ecclesia tributam, non quidem ut ubicunque soluere posset posset etiam ligare, sed ut non minus soluendi, quam ligandi, ubicunque alterum uel utrumque continget, exerceret officium. Sunt igitur huiusmodi duæ potestates non arithmeticè, sed geometricè, aut secundum proportionem aequales. Quicquid enim ligare potest ecclesiastica auctoritas, potest & soluere; non tamen quicquid potest soluere, potest ligare. Cuius profectò ratio, tum ex ipsa potestatum natura, tum ex Euangelici instituti ratione, manifestè colligetur. Certè ligare ac soluere, inter se ipsa aut naturæ aut temporis ordinem habent. Ordinem autem inter prius & posterius semper existere, & summi philosophi consentiunt, & natura nos instruit. aut igitur soluere prius est, & posterius ligare, aut contrà, ligare prius, & posterius soluere. Primum omnino est impossibile, non enim hīc soluta ligantur, sed ligata soluuntur. est igitur ligare prius, posterius autem soluere: ipso ergo ordine naturæ, qui ligandi habet potestatem, potestatē quoque soluendi habet, nisi extrinseca uoluntate impediatur, quæ publicas potestates pro reipublicæ commodo potest disponere; non tamen è contrario, qui soluere potest, potest quoque ligare. Nam in agentium aut potentiarum ordine, semper perfectior habetur superior, non autem est necessarium, ut qui potest in minus, possit etiam in maius.

AC C E D I T huic, quòd huiusmodi potestates, sic ex sua natura sunt inter se colligatae, ut tamen unam non altera strixiorem, aut omnino unam sine altera tradi, non sit impossibile. quanquam enim morales potestates, si ex se ipsis eas metiamur, naturæ quendam ordinem seruent, is tamen quē admodum & in reliquis actionibus moralibus accidere solet, pro humanæ uoluntatis arbitrio, ex reipublicæ commendo potest peruersti. Esto igitur quòd soluendi potestas ex sua natura, ligandi potestatē inferret, cuius tamen contra rium ostendimus, non tamen impedire, quin Christus Petro soluendi potestatē tribuens, eam quæ ad ligandum erat

Y ar-

Auctorita
tes ligandi
& soluen-
di aequales
sunt, quo
pacto fit
acciōēdū.

Arist. in
post præd.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

arctiorem indulserit: cum potuerit etiam priori illa concessa, omnino non concedere.

Ex ratione autem Euangelici instituti hoc idem ostenditur, nam cum Pontifex, cui soli hæc potestas in ecclesiastica republica creditur, ut statim dicemus, sit Christi uicarius, oportebat ut eundem, non modò potestate, sed misericordia referret, cuius potissimum in toto Euāgelico mysterio exequēdo Christus rationem habuit. Licet enim sit iustus, potens sapiens, &c. misericordiæ tamen eius super omnia opera eius. Non igitur mirum, si eidē talem potestatē indulxit, qua iuxta Dei cōsuetudinem, procluīor esset ad miserendum atque ad benefaciendum, quām ad puniendum.

3. Dilatio.

SED quid si concederemus Pontificem summū, immo uero ecclesiasticos pastores, non minùs in defunctorum animas nondum fælicitate donatas, quām in uiuos potestatem obtinere? Certè cum soluendi potestas non minus ad culpas quam ad pœnarum reatus pertineat, ligandi tamen auctoritas non ad culpas, ita ut quis gratia Dei destituatur, sed ad pœnas extenditur, culpa enim inficere aut ligare animā quemadmodum & eandem gratia iustificationis reficere, filius Dei est, non item creatæ uirtutis opus. Nam etsi per leges iustas, & laici & ecclesiastici magistratus, ad culpam ciues obligare dicantur, non tamen hoc ita intelligendum est, ut ipsi metu immediatè gratiam subtrahant, aut culpam inducant, sed quod eorum legibus contemptis, homines peccantes, à Deo ligentur. uniuersa igitur ligandi potestas, non ad culpas, sed ad pœnas extenditur. Si ergo probemus hanc ecclesiasticam clauem, idest, ligandi potestatem, ad mortuos quoque, de quorum fælicitate non constat, protrahi posse, erunt profecto in ecclesia ambæ potestates æquales. clave autem ligandi, in defunctos ecclesiam posse uti, eius usus, eos mortuos, qui in crimine aliquo ab ea eadem ecclesia damnato, diceſſerunt excōmunicandi, aut absolutionem retrinendi, abundè demonstrat.

NAM quod ecclesia mortuos excōmunicet, consuetudo anathematizandi hæreticos, ab œcumenicis conciliis & omni eruditione ac sanctitate plenis, iam à multa Christianæ religio-

Disputatio septima.

86

ligionis memoria usurpata satis docet. Anathematizamus aiunt patres in sexta synodo, sub Constantino & Iustiniano, atque refutamus eos, qui superuacuorum & noxiōrum dogmatum hæreticos auctores, atque fautores fecuti sunt. dicimus autem Theodorum, qui fuit Faranitanus Episcopus, & Sergium, qui fuit huius à Deo conseruandæ urbis, &c. quo loco multi connumerantur, qui iam ante plures annos deceſſerant, simileq; anathema & iis & aliis multis in septima & octava synodo infertur. Quò pertinet & antiqua Romani Pontificis consuetudo, qui singulis annis feria quinta maioris hebdomadæ, uniuersos hæreticos, siue uiuos, siue mortuos anathemate percutit. Et profecto si naturam ex communicationis expendamus, quæ non est aliud, quām conuictus Christiani ac suffragiorum interdictio, ego non uideo, cur hæ animæ, quæ nondum fælicitate fruuntur, excommunicari non possint: excommunicationis enim nō dicit damnationem ad culpam, sed ad pœnam, cuius certè eo tempore capaces sunt animæ. Neque ego hic aliud impedimentum video, nisi iurisdictionis defectum, quam tamen in ecclesia esse, quantum ad eas animas attinet, hīc omnino contendimus.

Quo'd uerò mortuis quandoque absolutionem non impertiat, sed usque quo æqua ac iusta occurrat causa, eandem impendere renuat, Innocentius tertius Pontifex, in epistola ad Abbatem sancti Andreæ scribens, in hæc uerba demoſtrat. A nobis est sâpe quæſitum, utrum si aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint pœnitentiæ manifesta, nec per eum sit eterit, quominus reconciliaretur ecclesiasticæ unitati, non suscepito officio absolutionis, deceſſerit, pro ab soluto ecclesiæ sit habendus. & utrum pro tali recipienda sit eleemosy na & à fidelibus sit orandum. Nos igitur consultationi tuæ respondemus, quòd iudicium Dei, ueritati, quæ nec fallit nec fallitur semper innititur, iudicium autem ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam fallere sâpe contingit & falli, propter quod contingit, ut qui ligatus est apud Deū, apud ecclesiam sit absolutus, & qui liber est apud Deū, ecclesiastica sit sententia innodatus. Vinculū ergo, quo peccator

*De sen. ex-
com. cap. 2
obis.*

Y ij ligatus

ligatus est, in culpæ remissione dissoluitur, illud autem, quo ligatus est apud ecclesiam, cum sententia remittitur, relaxatur. Et subinde. Quantuncunque pœnitentia signa præcesserint, si tamen morte præuentus absolutionis non potuerit, beneficium obtinere, quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum tamen habendus est apud ecclesiam absolutus. Potest tamen & debet ei ecclesiæ beneficio subueniri, ut si de ipsis uiuentis pœnitentia per euidentia signa constiterit, defuncto etiam absolutionis beneficium, impendatur. Hactenus Innocentius. Qui mihi non obscurè per ecclesiasticam potestatem beneficium absolutionis in mortuis posse retineri, afferere uidetur. retinere autem absolutionem aut nolle impendere, profectò non est aliud quād quoddam ligare, quod in sacramento pœnitentia satis deprehendimus. Quorum, inquit, remiseritis peccata remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta erunt. Illic certè sicut remittere est soluere aut absoluere, ita retinere peccata est, ligare. Si ergo non absoluere ab excōmunicatione, est ligare, ecclesia profectò dum absolutionem retinet, quodammodo ligat. est enim duplex ligandi ratio, positiva una, dum nouum uinculum iniiciimus, negativa altera, dum à uinculo iam iniecto non absoluimus. Et quòd hac ratione ligare, uerè sit ligare, & ad eam potestatem ligandi, quæ in Euangelio, uel Petro, uel Apostoli traditur, sit reducenda, apertè illic docet Innocentius, dum ea Euangelica loca sibi ipsi obiicit, Nec obstat, inquit, quod ecclesiæ legitur attributa potestas, ligandi atque soluendi homines super terram, tanquam non possit soluere & ligare sub terra sepultos. Simili ergo ratione de potestate soluendi pœnis per indulgentias animas purgatorij, aut de potestate ligandi easdem, per omnia dicemus. Extenditur ad defunctos, qui non dum felicitate sunt donati ligandi potestas, quemadmodum & soluendi, sed alio & alio pacto: potestas quidem soluendi positivè, potestas uero ligandi, negativè: dum scilicet pœnarum reatibus in hac uita contratis, non absoluuntur. Neque hæc loquendi ratio, ut dicebamus, noua est, sed propria & Euangelica, quandoquidem,

dem, non modò Catholici sed hæretici quoque fateri compelluntur, ligandi potestatem in pœnitentia, non esse aliud quam antiqua peccata retainendi & ab eisdem non absoluendi potestatem. Non enim (ut sæpe iam probatum est) potestas facerdotalis ad uinculum peccati iniiciendum extenditur. Quod si quis ecclesiasticam potestatem ligandi, ad mortuorum positivas excōmunicationes extendi neget, consuetudinemque illam excōmunicandi post mortem hæreticos, potius ad declarationem, quandam quād ad nouum anathematis uinculum pertinere contendat, huic ego haud magnopere refragor, dum tantum potestatem ligandi negatiuam, aut positivam, quam Innocentius apertè confitetur, & quam ex Euangelico idiomate, fateri compellimur, inficiari non pergit. Satis enim nobis est ad Lutheri rationem diluendam, quacunque ratione, priuatiua scilicet, ligandi potestatem ad animas in purgatorio existentes porrigit. Nam hac ratione, animas etiam defunctorum clauium potestate coerceri, præter Innocentij apertam diffinitionem, multa quoque, quæ sancti ac docti uiri memorie prodiderunt, exempla demonstrat. Narrat beatus Gregorius, duas sanctimoniales sorores, quæ cum religionis habitu ac generis nobilitate, morum quoque compositionem non omnino coppularant, quamobrem in senem quendam religiosum uirum, qui earum ministerio præfectus erat, frequenter ira excandescebat, à beato Benedicto excōmunicatas, atque eo tempore mortuas, singulis diebus ad uocem diaconi foras expellentis excōmunicatos, de sepulchris, quæ in ecclesia erant, uisas egredi. idque prodigium cum sepius accidisset, ad beatum patrem delatum, illumine subinde, oblatione pro earum animabus, ex eius præcepto à nutrice facta, easdem absoluisse, neque amplius apparuisse. Postquam historiam, cum Petrus, qui ab eodem sancto doctore illis Dialogis discipulus introducitur, tantiprodigijs magnitudine deterritus Gregorio uix fidem haberet, quod nesciret, quoniam pacto, homo quantacunque sanctitate præditus, tamen in carne constitutus, animas in diuino iam iudicio statutas absoluere potuisset, continuo subiungit. Nunquid non

Lib. 2.
Dialog.
cap. 23.

non Petre in hac carne adhuc erat , qui audiebat , Quod cunque ligaueris super terram ligatum erit & in cœlis , & quæcunq; solueris super terrā, soluta erunt & in cœlis ? Cuius nunc uicem ligando & soluendo obtinent , qui locum sancti regiminis fide ac moribus tenent . Sed ut tanta ualeat homo de terra , cœli & terræ conditor in terram uenit è cœlo , atque ut iudicare caro etiam de spiritualibus possit , hoc ei largiri dignatus est , factus pro omnibus Deus caro , quia surrexit ultra se infirmitas nostra , unde sub se infirmata est infirmitas Dei . Haecenus Gregorius . Q uibus uerbis stupidus omnino est , qui sanctum uirum summo ecclesiæ pastori , in defunctorum animas potestaté à Christo tributā , confiteri nō uidet . Testatur etiā Alphonsus Abulensis uir , profectò minimè superstitionis , suo tempore simile quid accidisse . sed præstat eius uerba recitare . Diebus nostris , inquit , quidam excommunicatus deceperat , dolens tamen de peccatis , sed rapiente morte , omnino neque absoluui potuit neque absolutionem petere . Hic autem quendam de cognatione sua superstitem habebat , qui ei uiuenti sicut & sanguine propinquus , ita & affectione & familiaritate carus erat : uir quidem hominibus simplex , sed Deo carus , pecoris custus . Huic sape cognatus defunctus de caligine aeris propinqui alloqui solitus erat , crebrò eum adnionens , Diocesanum petere , & ei iam defuncto à uinculo excommunicationis , quo tenebatur , absolutionem obtinere : quem licet uiuens non uideret , alloquio tamen & cæteris ostensionibus erat sibi notissimus . Tandem uir ille simplex , Diocesanum clamans adiit , ut cognatum suum absoluueret , & cartam obtulit , in qua ei absolutionē de scriptura traderet . Q uod prælatus , condescendens sua simplicitati fecit . Q uo facto , defunctus laudauit cognati sui opus , neque de cætero eum alloquutus , quem prius crebris & importunis petitionibus interfestabat . Haecenus Abulensis . multaque similia in ueterum monumentis frequenter offendimus , quæ non tam ut quidā , uolunt , ad nostram instructionem , quam , quod uerè etiam post mortē , defuncti & ecclesiasticis clauibus sint irretiti , & uerè earū , ut ad uitam fælicem auolent , uirtute , ut soluantur ,

indi-

indigeant . Enim uero docere eam absolutionem , quam faciendam ab ecclesia decernit Innocentius , ad nihil amplius attinere , quam ut corpus defuncti ecclesiasticis honoribus dignum habeatur , quod olim Aegyptij multæque nationes barbaræ ciuili tantummodo ratione fecisse depræhendimus , & ecclesiasticis moribus & institutione , & Christiana doctrina indignissimum iudico : neque enim ad has ciuiles actiones tantum , Christus in ecclesia potestatem reliquit , sed ad res spirituales & quæ animæ iustitiam aut peccatum concernerent . constat autem (id quod etiam illic decernit Innocentius) huiusmodi excommunications , quæ in defunctos feruntur , non alia quam clauium potestate ferri .

SED iam ad secundam rationem , quæ ex cap . Quod autem de pœnitent . & remission . summebatur , respondeamus . Dicimus primò , uerum esse , quod illo loco pontifex inquit , tributas indulgentias , quæ à iurisdictione non deriuantur nihil prorsus ualere . Cum uero assumit Lutherus , ecclesiæ in animas purgatorij non esse potestatem & iurisdictionem , omnino negamus , quoniam contrarium , non modò scriptura , ut multis in hac disputatione contendimus , sed ratio suadeat .

RESPONDEMVS secundo , non modò maiorem sed minorem propositionem concedendo , id est , non modò uerum esse sine potestate ac iurisdictione collatas indulgentias non ualore , sed etiam ecclesiam eadem in animas purgatorij potestate destitui , negamus tamen consequentiam . Nam licet uerum sit , quod Pontifex , inquit , (neque enim aliud sentire uoluit) indulgentias ac pœnaru[m] condonationes per modum auctoritatis concessas , absque iurisdictione non ualere , non tamen , inde colligitur per modum suffragij ac redemptionis , etiam ab eo , qui nullam habet auctoritatem non prodeesse , de qua tamen ratione indulgentias tribuendi , loquemur postea .

I AM tertiam rationem , quæ ex Clemétina abusionibus de pœnitent . & remission . sumebatur , ad indulgentiarum abolitionē uelle retorquere extrema est impudentia . Dum enim Pontifex & concilium quæstores mendaciter afferentes ,

*Responsio
ad secun-
dum aduer-
sarii re-
tione .*

Dilectio . 2.

*Responsio
ad 3.*

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

tes, duas aut tres animas, per illas, quas inuulgabant indulgentias, à purgatoria liberari condemnat, non perinde ecclesiæ in animas purgatorij potestatem proscindit. Damnantur ibi quæstorum, qui literis pontificiis abuterentur, mendacia, non item in ecclesia soluendi pœnis ac cruciati-bus animas purgatorij, potestas eliditur.

Dilutio.
DEM V M quarta machina, quam in purgatorias indulgen-tias armarunt, prorsus est inualida, immo forsan ridicula. Cur, aiunt, si est in ecclesia liberandi diris illis cruciatibus ulla potestas, non omnes animæ continuo liberantur? Re-spondemus, quniam id neque Christi exemplum, neque caritatis ordo, neque ipsa huius potestatis natura ullo pacto permittunt. Primum patet. Nam iuxta eruditorum senten-tiam, Christus ad inferos descendens, cum tamen totius ecclesiasticæ potestatis esset institutor, ac perinde dominus nequaquam omnes animas, quas illic cruciatus ac pœnas temporarias dantes, reperit, ab eisdem absoluit.

*S. Thom. 3.
P. q. 52.
Art. 8.*
E. Cor. 12.
SED neque id ordo (ut dicebamus) caritatis permittit, caritas enim in homine, ei uirtuti in Deo respondet, quæ misericordia uocatur, misericordia uero iustitiae nunquam est contraria, immo semper uicario nexu colligantur, atque connectuntur. iuxta illud, Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculata sunt: neque igitur caritas iustitiae aduersabitur. Cum ergo iustitia postulet tempora-rios illos cruciatus exolui, non nisi summis rationibus, eisdem caritas soluere ualebit. Nani neque misericordia in principe dicitur, cum omnes sceleratos homines quacunque ratione cruciatibus, suppiciis, aut carceribus liberat, sed cù ad id causa rationabili præstandum adigitur. Nam quòd id etiam ipsiusmet potestatis ecclesiasticæ natura non finat, apertius est, quām ut in eo persuadendo laborare debeamus. Non accepit ecclesia potestatem in destructionem, sed in adi-ficationem, neque eadem hanc auctoritatem quocunque pacto, sed dispensando tantummodo potest obire. dispensare autem, non est aliud, quām rationabili de causa iustisq; rationibus legibus soluere, non ergo ligandi aut soluendi po-testas, pro utentis arbitrio, pœnis à diuinis legibus præfixis, abolute-

Disputatio septima.

89

absoluere poterit, sed cum ad hoc iustæ aliquæ ac rationabi-les causæ oborta adhortetur. Et alioqui, indigna est profe-sto hæ ratio responsione, nec alio pacto diluenda esset, quā alia quæstione. Quærunt à nobis, cur Pontifex purgatorium non spoliet, cum possit: quærimus nos, cur magistratus, clementissimus Princeps, Rex liberalis ac magnificus, cuni possit, immo cum ad hoc naturalis pietas & caritas, miserorū deinde, non tantum crediti quales sunt animarū purga-torij, sed auditī gemitus pelliciant, carceres non uacuent? Cur interdum ad eorum lamenta & lacrimas aures obdu-rent? Sciant igitur haeretici ecclesiasticæ potestates, non solum esse liberum arbitrium operandi ac pro libito facien-di quæcunque arrideat, sed arbitrium operandi cum ratio-ne coniunctum: quod illis cum reliquis omnibus potestati-bus est omnino commune.

SE D libet hic carmina, quæ de hac re Joannes Gerson cancellarius Pariensis, aut condidit aut ab alio quopiam con-dita, scriptis suis inseruit, ascribere quæ etsi Virgilianum leporem non uidentit, abundè tamen huic aduersariorum quæstioni satisfaciunt.

Arbitrio Papa proprio si clauibus uti.

Posit, cur finit ut pœna pios cruciet?

Cur non euacuat loca purgandis animabus.

Tradita? Sed seruus esse fidelis amat.

Deserit ergo fidem, malè dispensans neque prudens

Clauibus usus inest, dans eapiensque tremant.

Profectus certè est magnus bene clauibus uti.

Quando fit hoc semper nœctio sola docet.

Clarus in ecclesia thesaurus & utilis esse.

Quem dat larga manus prodiga crimen habet.

QVINTI demum argumenti dilutio, eadem est, quæ quarti. Sed de hac re fortasse plus satis.

*In 2. parte
opusculo de
indulgent.
confid. 4.*

Z Quòd

Quod potestas ecclesiastica, quæ ad animas piorum ignibus purgatoriis cruciatas, propagatur, tantummodo Petro ac eius legatis successoribus Romanis Pontificibus à Christo commissa fuerit. C. XXXVII.



Ed age iam, an hæc potestas ecclesiastica, quæ ad pœnas purgatorias excludendas extenditur, omnibus illis conueniat, quibus indulgendi punitiones temporarias tributam suisse facultatem, superius docuimus, paulisper expendamus: hucusq; enim eam tantummodo, ecclesiasticæ reipublicæ traditam à Christo, contendimus, neque cui quasi subiecto, conueniret, demonstrauimus. Nō est autem de hac & de illa, qua, uiuorum cruciatus uel iam legibus ecclesiasticis per pœnitentias decreti, uel iam iustè decernendi; & imponendi condonantur, eodem prorsus iudicio atque libra censendum; quod hæc potestas multò sit illa eminentior, nec proinde ullo pacto possit cum eadem confundi.

In hac autem parte, quæ sit nostra sententia, ex his, quæ præcedenti capite innuimus, haud obscurum existimo. Puto ego eam, neque cunctis in uniuersum Apostolis, sed soli Petro, neque cunctis proinde ecclesiasticis pastoribus, sed Romano tantum pontifici suisse à Christo delegatam. in quanis sententiis, quæ me, aliosque uiros doctos impellant, hic quoque subiiciam. Et primò quidem in hanc mentem adducor ecclesiastico usu, qui ut prius monui, in his ac similibus decernendis, ingens habet momentum. Videmus episcopis tollendi cruciatus purgatoriis, facultatem nunquam suisse tributam, neque illos aliquando eam usurpassæ. contrà, uero Romanos Pontifices à multa uidemus memoria ea potestate fungi.

Deinde,

Christoph.
Marcelinus
archiepisc.
Corecyren.
lib. 2. con.
Luth.
1. R. atio

DE INDE, ut, antea ex Originis sententia, immo uero ex ipso Dei uerbo expresso decreuimus, multò potestas Petro delegata maior est, quam ea, quæ cunctis in uniuersum Apostolis fuit à Christo tributa. excessus, autem hic potestatis, quemadmodum & in reliquis etiam humanis potestatibus accidit, non tantum intensiù, sed extensiù attendi debet. extenditur autem omnium Apostolorum, & episcoporum potestas collectiù saltem, ad omnes mortales, extenditur ergo Petri & Pontificum potestas, ad iam defunctos nondum fælicitate donatos.

TERTIO', hanc potestatem, ut multis rationibus antea contendimus, Christi uicario, ea ratione, qua uicarius est conuenit, ergo cum solus Petrus & eius successores sint Christi uicarij, soli illi hac erunt prædicti potestate. Nam quod hæc potestas, ecclesiæ non fuerit tributa, nisi quatenus ei Christus uicarium cum totius ecclesiasticæ potestatis plenitudine præfecit, & ex his, quæ diximus, (omnes enim nostræ rationes, quibus ecclesiæ in purgatoriis cruciatus potestatem esse contendebamus, huic rei intituntur) & ex hoc etiam obscurum non arbitror, quod in animas iam carnem exutas & ab hac mortali uita decedentes, solus ille, qui uiuorum & mortuorum est dominus & iudex, aut is, cui ille uel singulari priuilegio, uel uniuersalis præfecturæ ratione, eam potestatem indulsit, iurisdictionem aut potestatem obtineat.

ET PLANE si res ad rationis perpendicularum uel paulisper reuocetur, nulli alteri quam summo ecclesiæ pastori hanc summam potestatem tribui decebat. Nam aut in defunctos indulgentiæ dispensantur per modum auctoritatis, aut per modum suffragij (iis enim duabus tantummodo rationibus in animas piorum purgatorio detentas, indulgentias distribui, hucusque cuncti consenserunt) si per modum auctoritatis, enimuero is solus hanc auctoritatem obtinebit, cuius est in ecclesiastica republica summa potestas, is (inquam) cui, ut antea dicebamus, totius ecclesiæ militaris, intra quam (quoniam nondum ad triumphalem peruererunt) animæ piorum continentur,

Z ij præfe-

2. R. atio.
Diffut. 4.

4. R. atio

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

præfectura committitur, is demum, qui uniuersorum hominum cœlestis fælicitatis capacium, impedimentis eliddenis à Christo præponitur. Quòd si per modum suffragij piorum hominum animabus indulgentiæ tribuuntur, idest, ecclesiasticum thesaurum applicando, profectò multò magis ad Pontificem solum ea potestas referenda erit, cum, ut postea demonstrabimus, ecclesiastici thesaui dispensandi potestas, ad solum eum, qui toti Christianæ societate præsidet, quique summam habet in ecclesia auctoritatem, non item ad reliquos particulares pastores pertineat.



Discutitur

Disputatio octaua.

91

Discutitur ea quæstio, an indulgentiæ per modum auctoritatis, an uero per modum auxiliij aut suffragij, suscipientibus conferantur.

proponunturq; in hac parte uariæ Theologorū sententiae.

C. XXXVIII.



T nunc iam ea Theologica controuersia, & ipso rerum ordine & à nobis instituta disputationū serie, expendēdā octauo loco se ingerit, in qua quæri solet, quonā pacto, qua ue ratione ecclesia, siue in summo, siue in minoribus pontifici bus, ac pastoribus, indulgentias distribuat. Nā neque id hucusque attigimus, neque omnes, qui esse indulgentias tribuendi potestatem in ecclesia, confitentur, in hac parte conueniunt. Sed alio atque alio pacto, pro rationum, quibus permouentur, momentis id accidere docent.

S VNT certè inter scholasticos auctores, nonnulli, qui indulgentias non putent alio modo, quam per modum orationis distribui, dum scilicet sancti uiri, qui uita fælici iam fruuntur, aut uiuis aut mortuis poenarum condonationes orationibus impetrant. atque huc pertinere uolunt, quod bullis Pontificiis, quibus hæc poenarum ueniæ tribuuntur, scribitur, DE BENIGNITATE BEATORVM APOSTOLORVM PETRI ET PAULI CONFIDENTES, DAMVS CENVTM, &c. dies indulgentiæ: quasi non aliud huiusmodi uerbis pontifex innuat, quam Petri & Pauli, qui Romanæ ac totius ecclesiæ sunt patroni præcipui, ad eas poenas abolendas patrocinium.

S VNT etiam, qui indulgentias tantum per modum meriti prodeesse arbitrentur. ut scilicet, qui Romam, Hierosolymas, S. Iacobum, &c. uiserit, tot aut tot dies, menses, aut annos indulgentiarum in eundo lucretur: ita ut ipse tantum labor

Disput. 8.

Quidam apud Fr. Maron. in 4. dist. 20. q. 1.

Secunda sententia. quorūdā n apud Hen ricū Ganda. quod lib. 15. q. 2.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

*Eliudian
prior sent.*

labor indulgentiam accipiat. Atque hi nullis aliis fundamen-
tis permouentur, quam ecclesiastico usu, qui huiusmo-
di laboribus à multa iam antiquitate indulgentias distribuit.

1. Ratiō

*Germanie
principes
ad Hadri-
anū Ponti-
ficiem.*

VERVM ij, quemadmodum & priores, multūm profectō
michi à recta sentiendi ratione in hac parte discessisse uiden-
tur, neque satis de hac ecclesiastica potestate ex dignitate
cogitasse. Et ut priores, priori loco aggrediamur, quis nō ui-
det, neque Episcopos neque Romanum Pontificem, in san-
ctoruni & iam beatorum orationes; ullum imperium obtine-
re? ergo indulgentias eo pacto dispensare, haud aliud profe-
ctō foret, quam impudentissima quadam fraude Christia-
nos decipere. Immo uero, nulla esset differentia inter ecclie-
siasticas indulgentias & eorum circulatorū imposturas (*Stationarios* appellant) qui rusticorum hominum simplicitate
abutentes, omnesq; viicos, villas, pagos, angiportus, castella, &
oppida peruagantes, sanctorumque quorundam, ut Va-
lentini, Huperti, Cornelij, Anastasij, Antonij, &c. san-
ctitatem prædicantes, aliquid numorum emungere conan-
tur, dum huic aut illi, quò res familiaris sit auctior, aut
quò greges peste non uastentur, segetes grando non commi-
nuat, quò hoc aut illo genere mortis non pareat, certissi-
mum patrocinium promittunt, modò eos singulis annis
aliquo munusculo demulcent. Sic profectō horum auctorum
iudicio, dum in bullis indulgentiariis, benignitas sanctorum
Apostolorum Petri & Pauli prætexitur, non aliud facere
moliuntur Pontifices, quam eorundem Apostolorum patro-
cinia diuendere.

2. Ratiō

DE INDE, sanctorum patrocinia non alio, quam uiuen-
tiā orationibus impenetrantur: orationes autem, ut exau-
diantur, orantis sanctitatem requirunt, ergo cum non sit
impossible Romanum Pontificem à gratia & animi iustitia
decidere, immo cum non sit impossibile, alias quoscunque
priuatæ conditionis homines, pontificibus & Dei gratia per-
sonali & animi sanctitate præcellere, fieret aliquando, ut à
Romano Pontifice tributæ, nihil prodeſſent indulgentiæ:
contrà uero priuatus homo, qui uitæ puritate Petro aut Pau-
lo carus foret, quibuscumque uellet, indulgentias tribueret,
quæ

Disputatio septima.

92

Cœuillitur
secunda
sentent.

quæ sunt longè absurdissima. Postiores, autem omnino ec-
clesiasticam potestatem condonandi peccatorum poenias post
iustificationem permanentes, quam hucusque, cum multis
rationibus, tum compluribus scripturæ locis astruximus
abolere conantur. Si enim iudgentia non est aliud, quam
meritum, cum meritum non clavum ulla potestate, sed
tum mærentis actione, tum diuina gratia & acceptatione
proueniat, aperte ac clare colligitur, nullam esse in ecclesia
indulgentias concedendi potestatem, quemadmodum nul-
la quoque in eadem est merita conferendi potestas. Quin,
neque Pôtifex neque tota ecclisia, meritorum numerum aut
magnitudinem taxare uallet, hoc enim solius Dei, qui iuxta
suę uoluntatis arbitrium, unicuique tribuit, est opus. quo
ergo pacto Romam, Hierosolymas, aut Compostellam ui-
sentibus, tot aut tot dies menses, aut annos indulgentiæ
distribuet?

*Proponuntur aliorum Theologorum sententiæ
Cap. XXXIX.*



Is ergo potius erroribus quam opinionibus
disjectis, inter eos Theologos, qui uel alii
qua eruditione, uel præstanti ecclesiasticorū
dogmatum cognitione, iisce trecentis annis
enituerunt, quatuor video frequentari senten-
tias. Primam, quæ uel ecclesiasticos pasto-
res uel Romanum Pontificem, non alio pacto, quam Christi
ac sanctorum merita satisfactoria applicando, indulgentias
aut uiuis aut defunctis, tribuere doceat, quod nihil aliud
credant ecclesiæ claves Petro à Christo traditas, quam ec-
clesiasticum thesaurum dispensandi potestatem.

s. Th in 4.
dist. 20.
q. 3. c. 6.

SECVNDAM, contra, in extremo constitutam, quæ cum
probris ecclesiasticum thesaurum ex Christi uel sanctorum
meritis satisfactoriis aggestum, admittere nolit, indulgen-
tias omnes ad potestatem referat, ita ut tum Episcopatum
Pontifex, nō aliqua thesauri applicatione, sed à Christo tra-
dita

Franciscus
Maro. in
4. dist. 20.
q. 1.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

dita potestate , siue uiuis , siue mortuis pœnas condonet & indulgeat.

*Durandus
q. dist. 10.
q. 1.*
TERTIAM, quæ cum thesaurum applicando, indulgentias fieri fateatur, non tamen ex omnium sanctorum meritis, quæ omnia credit abundè munera, sed ex Christi tantummodo passione ac satisfactionibus eundem instituat.

*S. B. in 4.
dist. 20.
par. 2. q. 6.
Richardus
in 4. dist.
20. q. 2.
Alfonso
Abulensis
in cap.
Matth. 16.
q. 90.
Prima opini
onis fundam
entia*
QVARTAM denique, quæ licet uiuorum indulgentias, per modum auctoritatis conferri concedat, mortuorum tamen, quod illos ulli ecclesiastica potestati subiacere non credant, per auxilij, subuentio, aut suffragij modum fieri non dubitat. Atque omnes istæ sententiæ, quæ inter scholaisticos auctores, grauissimos quoque inuentores & defensores habuerunt, suis rationibus, suisque fundamentis innituntur.

PRIMA quidem, ideo in conferendis indulgentiis ecclesiasticum thesaurum necessarium existimat, quod nesciat, qua ratione tum uiuis, extra sacramentum, tum defunctis, iam extra ecclesiastica potestatis & iurisdictionis ambitum constitutis, per modum auctoritatis pœnae peccatorum condonari queant. Nam quamvis Christus remittendi, nō modò pœnas temporarias peccatorum, sed æternas etiam cum ipsa culpa ecclesiæ sua potestatem traderit, id tamen non alibi quam in sacramentis intelligere oportet; in quibus, minister accepta potestate, Christi sanguinem applicat. Ergo cum indulgentiæ, licet, ad sacramentum aliqua ratione reducantur, non tamen sint sacramentum, & deinde etiam si sacramentum essent, animabus corpora exutis applicari non possent, superest tantum, ut per modum auxilij ac subuentio, soluendo nimirum tantudem, à pœnarum luendarum obligatione, tum uiui tum mortui liberentur, non item per modum potestatis & auctoritatis. Hoc autem ita exemplo declaratur. Princeps ciuitatis alicuius cupiens ac uolens in columni iustitia, liberare omnes ciues ære alieno grauatos, quorum aliqui sub suo dominio, alij in alieno iam propterea seruituti addicti essent, omnes quidem ex ærario publico debitibus liberaret, sed diuersa ratione: eos scilicet, qui sub sua dictione essent, per modum auctoritatis ac iurisdictionis, eos uero, qui sub alieno imperio captiu terneretur.

Disputatio octaua.

93

tur, tantummodo per modum subuentio, & suffragij. Ita quoque per omnia, ecclesiasticus princeps, uolens pœnarum reatibus ac debitibus, omnes Christianos futura felicitatis per gratiam capaces, absoluere extra sacramentum, id alio patet quod ecclesiastico thesauro per modum subuentio, præstare non potest. Sed alia & alia ratione, erga uiuos atque defunctos, se gerit; nam defunctos quidem, quod sua iurisdictione coerceri nequeant, per modum tantummodo subuentio, ac auxilij, uiuentes autem, quod suo imperio adhuc detineantur, non tantum per modum auxilij, sed etiam auctoritatem à reatu absoluit.

*Secunde
opin. fun
dament.*
SECUNDÆ opinionis duæ sunt potissimum rationes, prior quidem, quod falsum credat, ecclesiastica potestatis remitti peccata, uirtutem omnem, sacramentis circumscribi, neque extra sacramenta eandem potestatem propagari. Nam licet uerum putet, peccata tantummodo quoad culpas mortales aut originalem sacramentis extergi, id tamen de pœnis, quæ culpa mortaliter aut originali non alligantur, haud uerum existimat: ad has enim extra sacramentum eluendas & Petro & Apostolis potestas tribuitur, cum dicitur, Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis, & quodcunque ligaueris, &c. Et rursus quæcunque alligaueritis, &c.

POSTERIOR ratio est, quod quo'nam pacto meritum, à satisfactione in Christi aut sanctorum bonis operibus separatur, non satis percipiunt: nam cum sit unicum boni operis esse, unicæque à qua derivatur, uoluntatis actio, cur duo habebit præmia? aut cur & in illis & in nobis, potissimum cum huc illi intentionem suam non direxerint, remuneratio nem accipient?

*Secunde s̄t
tonie ex
men.*
TERTIÆ sententiæ auctores, quatenus ad indulgentiarum elargitionem thesaurum necessarium existimant, prioris opinionis rationibus aguntur, quæ uero non ex sanctorum, sed ex Christi meritis, eundem cogi docent, cum secunda consentiunt. Quanquam enim Christi merita in nostras futuras satisfactions ecclesiastico thesauro recondita credant, quod ea nunquam fuerint satis remunerata, sancto

A a rum

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

rum tamen bona opera , nulli alteri quam ipsis uel quoad meriti uel quò ad satisfactionis rationem prodeſſe permit- tunt . Atque id quidem dupli ci de causa . Prima quidem , quòd nunquam legatur sanctos uiros , sua bona opera & affi- ctiones , aliis hominibus applicasse , cum tam en nullius uel meritum uel satisfactio , absque intentione marentis cuiquā prodeſſe possit . Secunda quòd bona opera sanctorum , si fue runt tantum meritoria , per præmium essentialē , ſupra om- nem dignitatē ſint compensata ; ſi uero fuerunt meritoria & satisfactoria ſimul , qualia ſunt opera afflictua ac pœnalia . ſecundum quidem meriti rationem , per præmium essentialē ſatis habeant , quatenus autem satisfactoria erant ac punitua , per propriarum pœnarum condonationem , ſi ex peccatis præcedentibus aliquas contraxerant , aut ſi pœnas temporarias , quas luarent , non habebant , per accidentalia præmia , quæ ſatisfactoria illi rationi responderet .

*Quarta
ſententie
rationes.*

QVI quartam demuni opinionem probarunt , quo ad priorem eius partem , quemadmodum inter primam & ſecundam incedunt , ita utriusque rationibus permouentur . Nam ut fieri cum primis poſſe negant , extra sacramentum ſola po- teſtate aut tantum per modum auctoritatis peccata dimit- ti , quamobrem theſauri ecclesiastici ſubuentioſem & auxi- lium neceſſarium existimant , ita cum ſecundis , in pœnas il- las exter nas , ecclesiastica potestatē extendi , diffiteri non audent . In ſecundam autem partem ideo impelluntur , quoniam cum prioris ſententia auctoribus , quo pacto in animas corporibus ſolutas , ecclesiasticae claves protrahantur , cogi- tare non poſſunt .

Auctoris ſententia proponitur . Cap. XL.



Ihi autem , ut quod ſentio ingenuè , dicā , quan- quam omnes iſtæ ſententiae aliqua ex parte cum ratione conuenire uideantur , omnesq; indulgentiarum uſum & dogma ab hæreticis machinationibus abunde feruent , nulla tamē tanquam

Disputatio octaua .

94

tanquam omnibus numeris absolute per omnia probari po- test , Quod & reliquis omnibus , qui recte rem expenderint uifum iri non ambigo .

Et ut à priori incipiamus , profecto eæ , quas quinta dispu- tatione ad ſuadendum aliquani remittendorum peccatorum à Chriſto , eccleſia relictam fuiffe po- teſtatem , rationes attu- limus , etiam ſi nullus eſlet ecclesiasticus theſaurus , ſuum in- tegrum uigorem fortiuntur . Vnde falſum eſt omnino , quod illius auctores aiunt , extra sacramentum , niſi per modum ſubuentioſis , nullam poſſe fieri remiſſionem peccatorum , niſi hoc de remiſſione peccatorum quoad culpam intelligat . Reliquit Christus in ſacramentis remittendi culpas po- teſtatem , quoniam culpa non aliter quam per gratiam , quam ſola ſacramenta conciliant , diluitur , at pœnam extra ſacra- menta , per eam po- teſtatem , quam in eccleſia Petro reliquiſq; Apoſtolis traditam , præter ſacramentalem eſſe comprobauimus , condonari permifit .

DE INDE ſi pœna à Pontifice uel ab his , qui conferendi indulgentias po- teſtatem acceperunt , non alia ratione quam per modum ſubuentioſis & auxiliij condonari poſſunt , non igitur in eis po- teſtas iurisdictionis exigitur , nam ad auxi- lium ferendum , aut alicui ſubueniendum , imperium aut iuriſdictio non ſunt neceſſaria . Cur enim ego , qui nullam in So- cratem iurisdictionem exerceo , eidem in neceſſitate conſtituto , ſubuenire nequeam ? Pontifex igitur ſi tantummodo applicando theſaurum pœnas peccatorum indulget , non qua po- tifex ſed quæ habet ecclesiastici theſauri diſpenſationē id præſtat , quod tamen , non modò cōmuni Theologorum ſen- tentiae & Pontificū decretis , qui indulgentias à ſuo iudice nō tributas nihil prodeſſe iam dudum diſſinierunt , ſed Christi etiam uerbis aduersari uidetur . Enimuero , Petro ſic inquit . Tu es Petrus , & ſuper hanc petrā aedificabo eccleſiā meā , &c . Et statim . Et tibi dabo claves regni cœlorum & quocun- que ſolueris , &c . Reliquis autem Apoſtolis , cum prius eosdem eccleſiam , ideſt , ecclesiasticos maſtratus , apud quos homines ſemel ac iterū moniti deferendi eſſent , prius appelleſſet , Quæcunque , inquit , alligaueritis ſuper terram , &c .

A a ij Non

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

Tertia sententia et fundamen-
Non igitur aut Petro aut Apostolis, quatenus ecclesiastici
thesauri dispensatoribus, remittendi pœnas potestatem con-
tulit, sed quatenus ecclesiæ rectores erant, id est, quatenus imperium & iurisdictionem in Christianos populos ob-
tinebant. Exemplum autem illud, quod à quartæ sententiaz
auctoribus proponebatur, de principe illo, qui ex ærario pu-
blico omnes ciues debito, ex ære alieno contracto, absoluere uellet; quorum quidam sub sua iurisdictione, quidam au-
tem sub aliena continerentur, quod etiam ab huius opinio-
nis auctoribus ad thesauri necessitatem statuendam pro-
ferri solet, nihil omnino rem promouet. Nam licet uerum sit,
principem ex publico ærario, uniuersos illos ære alieno gra-
uatos liberans, alio pacto eos, qui suo sub imperio, alio uero
eos, qui sub alieno continentur, soluere, quoniam hos
tantummodo per modum satisfactionis, aut iustæ compen-
sationis, illos autem per modum absolutionis eripiat; ad-
uertendum tamen his est, nō ea met ratione principem ciues
illos, qui sua dictione continentur, absoluere, qua eisdem
ad debiti compensationem publicos thesauros communicat.
Absoluit enim quatenus iudex est, ministrat autem unde ab-
soluantur, quatenus ærarij publici dispensator est: possunt au-
tem istæ duæ rationes optimè separari, cum una ad alteram,
nullam necessariam conexione habeat. Nunc autem Euangeli loci, Pontificum decreta, & communis Theologorum
ac iuris canonici peritorum sententia, non concomitanter tan-
tu[m] ac per accidens, sed formaliter ac per se, indulgentiarum
elargitionem, opus iurisdictionis fatentur. Hinc iam
proditur falsam esse eorum sententiam, qui hanc potestatem
iurisdictionis, quam in conferendis indulgentiis, negare ne-
queunt, potestatem illam ecclesiasticū disp[er]sandi thesaurum,
intelligunt. id enim aperte falsum esse, ipsa ratio nominis osten-
dit: iurisdictione enim non quancunque potestate, sed imperio
in homines significat. Tantum itaque ab est, ut ad elargien-
das indulgentias, ecclesiasticus thesaurus sit absolute necessa-
rius, ut nullo pacto mihi requiri uideatur, cum ad id potes-
tas Petro ac ceteris Apostolis à Christo tributa, abunde suf-
ficiat. Vnde nostrorum hæreticorum dementia & stupiditi-
tas

Disputatio octaua.

95

tas depræhendi possunt, qui si semel hunc thesaurum demo-
liti fuerint, quasi totius rei fundamento euerso, indulgentia-
rum usum continuo, ruiturum sibi stulte persuadent. Etsi
enim spiritualium satisfactionum thesaurum, eudentissi-
mis rationibus, ut illi docet, fabulosum cōmentitumq[ue] proba-
rent, quod nunquā efficient, non perinde ecclesiasticas indul-
gentias pessundabant, cum ad eas tribuendas ecclesiasticæ,
claves, non sacramentales, sed illæ, quas pœnarum condonandarum gratia, extra sacramentum acceperunt, satis sint.

Improbatur exemplum proposatum.
IN secunda sententia, laudo quod dicitur, indulgentiarum collatorem, siue ille fit Pontifex, siue quis alius ex his, qui bus easdem tribuendi Christus dedit auctoritatem, potesta te uti, nec tantum auxilium aut subuentio[n]em ex ecclesiastico thesauro applicare, quod priores docebant. Id tamen placere nequit, quod satisfactionum spiritualium thesaurū, contra ueterum sententiam neget. Nam quantum urgeant, eorum in hac parte rationes & argumenta, quibus à communi sensu discessere, statim cum eundem thesaurum afferamus, expendemus. Neque tamen hæc opinio, cum ex ea indulgentiarum subuersio nullo pacto sequatur, ut statim dicebamus, erroris aut hæresis notam ullo pacto meretur: tantum enim ea in hac parte illis inurenda est, qui indulgentiarum usum condemnarent, non item illis, qui hoc aut illo pacto, easdem tribui inficiarentur, cum modos alios conferendi non denegent, immo cum alios, qui suo iudicio minus hæreticorum calumniæ pateant, non leuib[us] rationibus ostendant. Credunt huius opinionis auctores, quemadmodum & reliqui omnes, quorum enarrauimus sententias, indulgentiis erga peccatores utendi consuetudinem, legitimam esse & ex Christi constitutione, in modò tamen & in ratione conferendi, ut ferè in reliquis rebus, ad quas hominum iudicium liberum accessum habet, accidere solet, ab aliis dissentient. Nam ut priores illi in condonandis peccatorum pœnis, nullam potestatis ecclesiasticæ (qua[rum] tamen in hac parte præcipua est) rationem habent, ita hi quoniam sibi ecclesiasticas claves à Christo in hanc rem traditas abunde esse persuaserunt, præsertim, cum de hoc spirituali thesauro graui-

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

In extran.
Vnigenitus.

Dif. 4.
n. 14.

grauissimam esse dubitationem , animaduerterent , totam rem in earundem clauium uirtutem referentes , nullam eius rationem habuerunt . Est ea sententia , quæ thesaurum ad indulgentiarum collationem applicat , multò hac & communior , & Pontificis Clementis sexti usurpatione plausibilior (fateor) sed ea usurpatione cum neque de hac re , quæ tamen iam suo sæculo in theologicis scholis utrinque disceptabatur , ulla disputatio (quod sciamus) præcesserit , neque ipse illic contrariam condemnat , eam hæreticam aut erroneam non effecit . hæc enim cum pontifices opinionem aliquam usurpant , quod (ut antea diximus) non sit semel , aperta indicia solent esse , eosdem in illo certitudinis gradu , quem antea habebat , eandem relinquere ; neque aliquid illi , præter uenerationem quandam ac reuerentiam , sua usurpatione addidisse . Accedit , quod illic , ea sententia , quæ thesaurum statuit , non quasi totius decreta lis finis & intentio à Clemente usurpatur , hoc enim tantum est , indulgentiam illam siue Iubilæum quinquagesimo quoq; anno exhibere , sed quasi , quid , ei , quod decernebat , accessionis . & obiter oblatum . Vtitur enim ea sententia , quasi introductione quadam & exordio , quò in indulgentiarum amore & studium Christianos incenderet .

AT Q V E hoc quidem in huius sententiae excusationem dixerim , non quidem quod paradoxis , & eis opinionibus , quæ à vulgari communique theologia , in proprias animi inuentiones diueitunt , ullo pacto delecter , sed quod uideā , cum recte tractandi theologiam ratione omnino conuenire , tum catholicorum hominum & de ecclesiastica doctrina bene meritorum , sententias nigro hæresis calculo , sine magnis rationibus atque fidei locis , non cito notare , quod quidam faciunt : tum etiam quod nihil aliud esse credam , in fidei causis , huiusmodi sententias , quæ in principali dogmate cum ecclesiastica doctrina conueniunt , à Christianis scholis amputare , quam aduersariis arma ministrare , & nobis eludendi eorum machinationes multas uias & rationes præcludere ; quo nihil perniciosius . Certè unum ex his , quibus in hac parte ecclesiastica doctrinam aggrediuntur aduersarij ,

Disputatio octaua .

96

rij , & omnium robustissimum , argumentum est , nullum esse , ex Christi aut sanctorum meritis , satisfactionum thesaurum : atque hac unica aggressione se de nobis euidentissimum triumphum reportare , sibi persuadent : quid ergo , ecclesiasticæ doctrinæ oberit , non unum , sed duos , aut tres diluendi eorum ineptias modos habere , etsi unum , altero & sanctorum scripturarum testimoniis , & ecclesiasticæ doctrinæ magis asphonare , sit nobis persuasum ? Itaque arguenti hæretico , indulgentiarum usum , inanem esse , quoniam nullus sit , spiritualis thesaurus , recte fidei cultor , non unā , sed tres dilutiones adhibere poterit . Primam quidem ac omnium potissimum , negando antecedens , quod nunquam tam validis rationibus comprobabitur , (sat scio) ut ob eas , tot tantorumque theologorum doctrina deserta , in eorum sententiam transfugiendum sit . Respondebit , secundo negando partem antecedentis , ut Durandus ficeret , negando nimirum non esse in ecclesiastica republica , spiritualium satisfactionum thesaurum ex Christi meritis aggestum , quod aduersarij haud tanto odio quanto primum auersabuntur . facilius enim illi hanc dignitatem Christi meritis , concedent . quam sanctorum , quorum bonas actiones uniuersas , non modo quæ meritoria , sed etiam quæ satisfactoria erat , supra condignum compensatas arbitrantur .

RESPONDENT tertio , cum Francisco Marone , negando consequentiam . Nam si nullus sit à Christo satisfactionum thesaurus institutus , non perinde , sequitur , indulgentias non esse ; quoniam ex eius sententia , non exullo thesauro , sed ex mera ecclesiastica potestate & ecclesiasticis clauibus , quæ in hanc rem abundantissimè sufficiunt , penæ peccatorum condonentur .

Q V O D si eas opiniones , quæ uel sanctorum merita ad thesaurum non pertinere , uel omnino , quasi rem in hac parte probatu difficilem , neque ullo pacto necessariam , spiritualem hunc thesaurum admittere nolunt , semel ab ecclesia preiecerimus , præsertim in fidei aduersarios disputantes , & unicum tantum habemus suffugium , & totam disputationum difficiliorem reddimus , quod semper recte rationi tractandi

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

tractandi theologiam contrarium existimauit, & eis ecclesiasticas indulgentias colendi occasionem præcindimus, qui cum, ecclesiastiarum clauis uirtute, non modò culpas, sed pœnas quoque posse dilui, satis intelligent, spiritualem tamen thesauro aut sanctorum aut Christi extra sacramentum, meritis coa&tum, intelligere nequeunt. atque id quidem de secunda sententia.

In tertiam sententiam. NAM de tertia, quid ego iudicare debeam, ex his atq; ex præcedentibus obscurum non existimo. Placet in ea, quod & ecclesiastica potestatis aut clavis uirtute, & simul ex spirituali thesauro indulgentias conferri dicitur. id tamen non approbo, quod sanctorum merita, absque iustis causis (ut mihi quidem uidetur) ab eodem thesauro excluserit. nam quam parum Durandi rationes in hac partes præualeant, statim cum de thesauro agamus ostendemus. Non tamen puto eam, ut neque præcedentem, erroris notandum, ob id solum quod priorem illam, quæ & thesauro ponit, & ex Christi & sanctorum meritis illum cogit, Clemens sextus usurpauerit.

Quartæ sententie censura. SED iam ad quartam peruenio, quæ omnium maximè mihi cum ipsa ueritate cohærere uidetur, dum & ecclesiastica potestati in pœnas peccatorum renittendas uigorem impertit, & simul eidem quasi partiale causam spiritualem satisfactionum thesauro, non ex Christi tantum sed ex sanctorum quoque meritis coalescentem, adiungit. hoc tantum in ea comprobare nequeo, quod ecclesiastica potestatis claves à Christo concessas, in animas piorum hominum purgatorio detentas extendi nolit. tantum enim indulgentias in eas per modum suffragii propagari docent eius autores, cuius contrarium, aperte præcedenti disputatione, nisi fallor ostendimus, dum & locis scripturæ, & non contentenxis rationibus, summi pastoris potestatem in eas protrahi, demonstrauimus.

Proponitur

Disputatio octaua.

97

Proponitur auctoris sententia ac iudicium in hac parte.
Cap. *XLI.*



Rgo, ut quid ego in hac re sentiam, propalare iam incipiam, neque potestatem à Christo traditam, ociosam, neq; spiritualem thesauro, quem non dubito constituendum. su peruacaneum esse existimo, sed & illius uirtute ac huius applicatione, indulgentias universas, siue quæ uiuis, siue quæ mortuis conferuntur, posse fieri satis mihi persuadeo. neque ullum earum in hac parte discreti men agnosco; sed utrasque ut plurimum & per modum potestatis & per modum auxiliij, siue (ut loquuntur, per modum suffragij) fieri non ambigo. Dico autem ut plurimum, quoniam negare non possum, aliquando per modum potestatis tantum, id est, nullo ecclesiastici thesauri adiuncto auxilio, Pontificem, potestate illa à Christo tradita, posse peccatorum temporales pœnas condonare, quemadmodum, etiam nullis rationibus conuinci potest, eundem, paulisper seposita potestate, per modum tantummodo auxiliij, id est, ecclesiasticum thesauro tantummodo applicando, easdem pœnas non posse compensare, & quasi iusto præcio redimere.

Peruadetur prima pars huius sententie. QVIBVS autem rationibus, in tripartitam hanc sententiam, reliquis omnibus repudiatis, peruererim, partim ex iis, quæ antea & in ecclesiastica potestate erga uiuorum & mortuorum pœnas afferenda, & in prioribus his opinionebus refutandis, dixi; partim ex iis, quæ nunc adiungam dilucere poterit. Nam quod ut in plurimum & ecclesiastica potestatis uirtute, & ecclesiastici thesauri auxilio, & uiuorum & piorum defunctorum indulgentia donentur, eæmet rationes, quæ in priores illas opiniones militabant, haud obscurè suadent. Statuimus enim uero, indulgentias, effectus esse iurisdictionis & potestatis à Christo ecclesiæ tradiæ, neque id nisi cum aperta scripturæ, sanctorum patrum,

Bb ac

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

*Iurisdictio
quid deno-
tet.*

ac ecclesiasticarum diffinitionum contradictione à quoquā negari potest. Ostendimus deinde, eisdem prorsus locis, hanc iurisdictionem, non modò esse, ut quidam sentiunt, potestatem illam dispensandi thesaurum, quæ ex sua natura, in priuata persona esse nihil pugnat, sed esse uerum in homines imperium & in eorundem actiones moderandas potestatem: non enim qui reipublica thesaurum afferuat, aut eundem dispensat, sed qui, administrandis legibus, affordan-disque ad iustitiae normam, hominum actionibus praesidet, iurisdictionem habere dicitur. Neque Christus cum aut Petro, inquit, tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumq; solueris super terram erit solutum & in cœlo, &c. aut cum Apostolis omnibus dixit, Quæcunque alligaueritis &c. tantummodo claves aut asperandi aut dispensandi thesauri concessit, sed ueram, & ad corrigenda, & ad condonanda Christianorum hominum, qui eorum Imperio subderentur peccata, potestatem commisit. Statuimus deinde (quamquam id hucusque nullis rationibus demonstrauimus) ex Christi & sanctorum bonis operibus penalibus ac punitiuis, quæ illis superfluunt, admittendum esse quandam ecclesiasticum thesaurum, ex quo, æquis iustisque de causis, ecclesia pastor & prefectus accipiens, penas peccatorum compenset. Ergo, aut ecclesiastica illa potestas peccata dimitendi, ociosa esse debet & frustranea, ut primi illi Theologi docebant, aut spiritualis illæ thesaurus fuit superuacaneè institutus, ut secunda opinionis auctores credebant, aut utrūque indulgentiis tribuendis deseruire debet. Non est sentendum primum, neque secundum, tertium igitur. at quia id nos prima nostra sententiæ parte, docemus, uera igitur pars illa prima. Nam quod in eadem parte afferimns, nullum esse inter uiuorum, & defunctorum indulgentias, discrimen, facile ita probabimus. Quartæ opinionis auctores, tantummodo inter uiuorum & mortuorum indulgentias, differentiam constituebant, quod animas corpora iam exutas, potestate ecclesiastica coerceri nullo pacto existimarent, ergo si Pontificis potestas, ad eas quoque propagatur, nullum erit discriminem. ostendimus autem præcedenti disputa-

tione,

Disputatio octava.

98

tione, eam ad omnes, qui re ipsa ad triumphalem ecclesiasticam non attinebant, protrahi, nulla est igitur inter uiuos & defunctos purgatorio detentos, differentia.

S E D iam secundam partem probemus, in qua dicimus, Probatur Pontificem tantum per modum potestatis, & nullo pacto pars secunda. Ecclesiastici thesauri adiunctione, posse aliquando penas temporarias peccatorum condonare. Nam Pontifex habet à Christo, ad easdem penas remittendas, commissam potestatem, ergo etiam si nullus esset thesaurus, ex rationabili iusta que aliqua causa, potestate eadem utens, effectum consequetur.

D E I N D E, nihil aliud ad ciuiles penas condonandas in 2. Ratio. magistratu requiritur, quam potestas & utendi potestate iusta causa. uerbi gratia, ut Socrati mortis reo, interitus à Platone iudice condonetur, non est aliud necessarium, quæ auctoritas absoluendi Socratem à mortis reatu in Platone, & iusta rationabilesque causæ, ea auctoritate utendi, neque requiritur, ut Socratis mortem Plato publico thesauro aut ærario compenset. Ut Socrati debitum à Platone remittatur, nihil aliud quam auctoritas, & utendi auctoritate æqua ratio, in Platone necessaria est, neque oportet, ut Plato ex eodem publico thesauro, quod renittit, resarciat, iam enim non esset ex potestatis uirtute à debito absoluere, sed debitum aut reatum cōpensare æquale reddendo, quod priuato cuicunque conuenire potest. Ergo pari ratione, ad penas peccatorum indulgendas, si rigorem spectemus, tantum in pontifice auctoritas à Christo tradita & causa iusta requiritur. quando igitur uelit, iusta se offerente causa, etiam sine ecclesiastici thesauri patrocinio, ex mera potestate indulgentias distribuet.

TERTIO, uerba, quibus tribuendi indulgentias à Christo, uel Petro Apostolorum principi, uel omnibus in commune Apostolis potestas exhibetur, absoluta sunt, neque ullius thesauri patrocinio connectuntur; poterit igitur Pontifex aliquando ex ea absoluta ac libera potestate, indulgentias tribuere. Assumptio aperta est, ex eorum locorum expensione. Quodcumque (inquit priori loco) solueris su-

B b ij per

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

per terram erit solutum & in cœlis . posteriori uero , Quæcunque alligaueritis super terram &c. Nam claves illic Petrus , tribuitæ , non claves sunt thesauri , sed tollendi (ut ante dicebamus) quæ se offerunt , consequendæ felicitatis impedimenta potestate intelligit. ita ut claves non aliud in hac parte , quam ipsam collatam potestate metaphoricè denotet. Ergo si acceptis clauibus, idest, accepta remittendi pœnas peccatorum potestate , quidquid Petrus soluit super terram , solutum est & in cœlis , &c. absolutam nullique ecclesiastico thesauro necessariò connexam , eidem tribuit Christus potestatem. poterit ergo iustis de causis ea sola uti aliquando .

*Pars tertia
probatur.*

T E R T I A tandem ac postrema pars erat , posse aliquando Pontificem, ecclesiastica illa , qua est præditus potestate deposita , per modum auxilij tantum , idest , sola ecclesiastici thesauri applicatione , (aut quod aiunt) per modum suffragij , condonare pœnas peccatorum aut indulgentias tribuere , quæ haud magna persuasione profecto indiget . Nam si Pontifex habet liberam eiusdem thesauri dispensationem , poterit igitur non alia quam in eundem thesaurum potestate utendo , idest , non utendo auctoritate , quam habet in hominum peccata , tantudem reddendo , pœnas temporarias compensare . Nam potestatem in thesaurum , non esse illam , quam uulgò iurisdictionis appellamus , quæ in homines ipsos eorumque actiones primò dirigitur , iam satis ostendimus . licet enim utraque nunc in pontifice concurrat de facto ac re ipsa , sunt tamen inuicem separabiles , neque ulla cum altera necessitudinem habet . Non ergo si Pontifex potestate illa thesauri dispensandi utatur , illa altera , quam uocamus iurisdictionis perinde fungetur .

*Illustran-
tur omnes
tres partes
exemplo.*

V E R V M has tres nostræ sententiaz partes , propositum exemplum apertiores reddet . Est in repub. pius ac magnificus princeps , ab Imperatore aut Rege , toti prouinciaz præpositus , quales olim Romani , & nunc Hispani externis gentibus præficere consueuerunt . Huic Rex aut Imperator in sceleribus , aut regis debitis condonandis & remittendis , suam potestatem omnem communicauerit , ita ut quodcumque

Disputatio octaua.

99

que soluerit solutum sit &c. Hic si uelit omnes , qui imperatoriis uectigalibus soluendis non sunt , semper ex illa sibi cōmunicata potestate absoluere , non carebit suspicione , se nō in edificationem , sed in imperatorij ærarij destructionem , eam potestatem accepisse : contra , si nunquam illa utatur , frustra eam accepisse uidebitur . Ergo aliquando quidem iustis causis se se offerentibus , imperatoria illa potestate aut sceleris pœnas aut debitum condonabit . Contrà , cum rationes tales , non occurserint , quæ summo illi Regi aut Imperatori , in præfecturæ accipienda ratione , probandæ non uideantur , non utetur potestate , sed ex publico ciuitatis , cuius debitor ille pars est , ærario , ad similes casus ab ipsis ciuibus publicis impensis asseruato , debitum tantudem reddendo compensabit . huiusmodi enim multa æraria in pauperum inopiam reeuandam , in urbibus , publicis sumptibus & donariis erigi solent . Demum , quando nōnullæ quidem utendi illa potestate rationes appareant , sed non satis quidē sufficienes , utroque , idest , partim potestate , partim ærarij publici applicatione , quod neutrius per se , utendi , iustæ causæ existant , debita resoluet .

I T A per omnia Romanus Pontifex Petriqué legitimus successor , à summo Imperatore Christo , soluendi & ligandi peccatis accepta potestate , non uno modo unaque atque eadem ratione semper reatus & obligationes peccatorum condonat , sed pro diuersis causarum atque rerum conditionibus , diuersimodè . Tribuit aliquando , cum æque nimirum rationes huius rei à prudentia aut à spiritu suggestur , peccatorum indulgentiam , ex sola potestate à Christo accepta contrà cum res aliquantulum anceps & ambigua est , partim ex potestate , partim ex thesauri applicatione easdem pœnas condonat . Nam quando exiles rationes ac causa ad eam condonationem inuitant , solaque eandem misericordia efflagitare uidetur , tantummodo thesauri , quem sibi hæc sancta respublica , publicis iustorum omnium contributionibus , & impensis ad paupertatis reeuationem erexit , applicatione & auxilio , non item accepta illa in peccata immediata potestate , diuinæ iustitiae reddendo æquivalens , satisfacit ,

tisfacit, ac reatus dissoluit.

Quando potestate sola, quando thesauri auxilio solo, & quando utroque simul utriuslibet.

EST autem illud hoc loco aduertendum, tunc æquam esse condonandi pœnas peccatorum per modum potestatis occasionem, quando pœnitens alioqui per externas afflictiones in se ipso bene punit, quod malè gescit. Vtēdi autem applicatione tantum contrà, quando constante quidem legitimo cordis dolore ac pœnitentia, sine quibus ualere nequaquam possunt indulgentiae, aut per ueram impotentiam, aut per animi fragilitatem, peccator in satisfactorios illos cruciatus prodire nequit. Potestate demum ac thesauro simul, quando neque peccator pro pœnarum dilutione acerbas illas afflictiones ab ecclesiasticis iudicibus indictas suscipit, neque tamen omnino in illis, qui post resarcitam iam cum Deo amicitiam superfuerunt, cruciatibus & pœnis compesandis omnino est excors. Primi autem ratio est quoniam huius potestatis ministri non in destructionem eandem acceperunt, sed in adificationem ecclesiæ: esset autem ingens ecclesiæ subuersio erga eos potestate uti, qui nihil ex se ad debitum solutionem impenderent; quemadmodum & princeps ille, cuius, in exemplo mentionem fecimus, si eos, qui imperatori debitores erant, semper illa, quam ab eo acceperat, potestate, absoluere in iustissimè faceret, potestateque abuteretur.

SECUNDVM etiam ex eadem ratione apertum est. Nam si tunc tantum utendum est ecclesiasticis clauibus ac potestate, quando peccator per uoluntariè susceptras afflictiones, eidem potestati & clauibus se præbet idoneum, quando ergo hæc ratio non occurserit, quemadmodum præfectò illi imperatio, tantum erit ecclesiastico thesauro, debito faciendum satis. Nam tertij ratio quæ nam sit, ex his diluscere satis poterit. Nam si quando peccator, per susceptas iuxta huius uitæ mortalis fragilitatem, condignas aut à sacerdotibus, aut ab ecclesiasticis iudicibus pœnitentias, se clauibus & soluendi potestati idoneum præbet, utendum est sola potestate, & quando non per ullā animi malitiam, sed per solam quādam infirmitatem, quæ citra peccatum accidere solet, nō satisfacit, utendū est ecclesiastico thesauro, certè quādo peccator

cator satisfacere quidem aliquatenus fatagit, sed non tanto est in hac parte animi feroore, ut omnino erga illum potestate sit utendum, simul & potestate & thesauro utendum erit.

Trium ecclesiasticorum temporum in tribuens
dis indulgentijs differentia unde orirentur. Cap. XLII.



Tque hinc, trium sacerdolorum ecclesiasticorum, in elargiendis indulgentiis, discrimin optimè captari potest. Nam quando præ nimio illo Christianæ uitæ feroore & studio, grauissimis illis pœnitentiis, quales Tertullianus,

Primum ecclæ tempus.

Ireneus, Cyprianus, &c. memoria prodiderunt, utebatur ecclesia, peccatoresq; nullo pacto sibi parcentes ecclesiastica potestatis, iure quoddam suo fructum promere bantur, secundum ratione potestatis peccata, idest, peccatorū pœnæ condonabantur. Quamobrem quoties uel aduersus Novatianum, uel Montanū qui condonatis peccatis, idest scelerum pœnis, dataque pace, peccatores recipi in ecclesiam nō permittebant, disputationem instituunt, non aliude eam auspiciatur, quæ ab ecclesiastica potestatis traditione. Quæres quoniam iis, qui in eorum temporum uel scriptis uel historiis mediocriter uersati sunt, satis aperta est, solus Cyprianus nobis in hac parte, instar omnium futurus est, qui ita cum reliquis Africæ Episcopis ad Cornelium Pontificem, de lapsorum reconciliatione scribit. Neque enim fas erat, aut permettebat pietas & diuina clementia, ecclesiam pulsantibus *Lib. 1.* & dolentibus & deprecatis, spei salutaris subsidium denerari, ut de sæculo recedentes, fine communicatione & pace ad Dominum mitterentur, quando permiserit ipse & legem dederit, ut ligata in terris, & in cœlis ligata essent, solui autem possint illic, quæ his prius in ecclesia soluerentur. *Epist. 2.* Hactenus Cyprianus. Communicatio igitur & pax, idest, in

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

in ecclesiam receptio & peccatorum quo ad culpam & pœnam absolutio, iis, qui exterius dignos fructus pœnitentia præferebant, donabantur eo tempore, non tam thesauri applicatione, quām earum potestatum quas Matthiæ 18. in Apostolis, omnes Episcopi suscepérant uirtute ac auctoritate.

**Secundum ecclesiæ tē-
pus.** CVM autem sequentibus ecclesiasticis sæculis, Christia-
na uitæ rigore ac ferore decrementibus, & satisfactionum
opera flaccidere cepissent, non tam ad potestatem quam ad
Dei misericordiam, idest ex Christi sanctorumque meritis
ac satisfactionibus aggestum thesaurum, in pœnarum con-
donationibus pontifices configere uidentur, quod formulæ
ostendunt. Quo fit ut tunc potissimè in usu esset, pœnitentias impositas remittere (aut, ut uetus iores scholastici
loquuntur) relaxare. Vt ebantur tunc adhuc pastores ac
Pontifices, potestate indicendi, aut publicas aut priuatas
grauiores pœnitentias, quod Bedæ, Theodori, Burchardi
ac Romanæ ecclesiæ pœnitentiales libri, satis aperte ostendunt.
Quod si illa in indicendis pœnitentiis potestate ute-
bantur, ut ebantur igitur in eisdem remittendis eius contra-
ria: non enim quæ per potestatem ligandi imponuntur, ali-
ter quam per soluendi potestatem auferri queunt. Quod au-
tem ecclesiastici thesauri applicatione uterentur, tum ipsa
indulgentiarum forma loquitur, in qua sâpe eius fit mentio,
tum ipsa ratio conuincit, quæ aliter quam thesauri applica-
tione, illas indulgentias, in quibus res externæ paruissimæ &
tam ingenti beneficio inæquales imperabantur, alio pacto,
quam per thesaurum alienarum satisfactionum adquiri,
non permittit.

Tertiū secundum. Nunc demum in hoc fine sacerdotiorum, cum prorsus ob nostram ignorantiam, non modo externis illis grauissimis afflictionibus ac suppliciis, Deo pro peccatis admissis satisfaciendi, sed ea quoque imponendi peccatoribus consuetudo effluxerit, atque emedio sublata fuerit, tantummodo ecclesiastici thesauri applicatione indulgentias peccatorum conferri, reatusque pœnarum condonari crediderim. Haud enim nos ipsos iis sacerulis ecclesiasticæ illi potestati, qua non temere & indestructione, sed magnis cum rationibus, & in

Disputatio octaua.

10

in ædificationem ecclesiæ, pastores uti possunt, per aliquas
externas doloris afflictiones idoneos exhibemus, qua sola
ratione potestatis usus potest esse legitimus.

Ne quæ uero, quæ nunc ex publico ecclesiastico thesauro conferuntur indulgentiæ, minus sunt indulgentiæ, aut minorem effectum, quantum ad pœnarum dilutionem attinet, quam ueteres illæ, aut mediaæ ecclesiastæ ætatis fortuntur, quemadmodum, quæ ex publico ciuitatis thesauro Imperatori aut Regi, pro contracto pauperis debito, offeruntur, non minus debitum diluunt & compensant, quam præfecto, ab rege eodem commissa auctoritas: ita enim illæ à Regio debito absolutus est, cuius debitum ex publico ærario compensatur, ac ille, cuius debitum præfecti auctoritate diluitur. Immo uero si recte res dissipatur, ex, quibus nunc ex publico ecclesiæ thesauro fruimur indulgentiæ, multò ueteribus illis indulgentiis & quoad nomen & quò ad rem excellere uidentur: quò ad nomen quidem, quia minus in ijs quam in illis intercedit iustitiæ nostræ, cum neque impositas neque uoluntariè susceptas grauiissimas illa afflictiones, hoc sæculo usurpemus: quoad rem autem, quia hæc nostra, per modum compensationis, diuinæ iustitiæ satisfaciunt. tantudem enim illis ex Christi ac sanctorū meritis pro reatus nostris rependimus, quantidem fueramus debitores. Quanquam non dubito, ueteres illas alia ratione magis propriè quam nostras indulgentias appellari potuisse, quod paucis declarabimus. Indulgentia enim cum sit alicius pœna indulgentia, & ab aliquo tributa, non una ratione magis aut minus indulgentia dicenda est, sed diuersa. Aut enim comparatur ad pœnam, quæ indulgetur, aut ad personam, quæ pœnam indulget. priori modo, illa uocabitur magis indulgentia, quæ minus ex se habet iustitiæ: posteriori, illa, per quam maiores pœnatum reatus condonantur. Remittit rex Socrati debitum, quod iustis ac rationabilibus causis, id à præfecto remissuni sciat, remittit rursus Platonis, quoniam ex publico ciuitatis thesauro tantudem, quantundem Plato debebat, pro eius debito oblatum accipit: profectò utraque istarum, diuersa ratione altera est maior. Nam si id, quod

Cc remittitui

remittitur attendas, ea quæ ex publico thesauro compensatur, illa altera, quæ fit præfecti tantum potestate, multo maior est, si uero indulgentem respicias, regem scilicet (non enim præfetus est, qui indulget, sed indulgendi tantum minister est) altera contrà, maior est, quoniam in hac sicut in illa priori, nulla fit regi compensatio, uerè enim rex nihil accipit. Sic etiam de ecclesiasticis diuersorum temporum indulgentiis prorsus sentiendum. erant illæ priores, ad Deum indulgenè collatæ, multò proprius quām nostræ, indulgentiæ, quoniam illic mera erat liberalitas, nullaque proinde compensatio: contrà, hæ nostræ, si pœnas, quæ indulgētur, aut nos, quibus indulgentur, animo repeatas, multò germanius uocantur indulgentiæ, quoniam nos haud graues illas afflictiones, quas ueteres colebant, impositas aut uoluntariè susceptas exhibemus. Mediorum autem temporum indulgentiæ, medio quoque modo se se habent.

Quod si absolutè quænam horum trium generum ac sæculorū indulgentiæ, magis propriè indulgentiæ uocentur, earum rationes formales exigendo curiosius inspicere uelimus, id facilè erit ex ipso indulgentiæ nomine cognoscere. Quanquam enim indulgentiæ nomen sit respectuum, non unius sed multorum respectuum, ut diximus, ac perinde non uno pacto sed multis, magis aut minus tale dicatur, ex principali tamen respectu, absolutè magis tale dici poterit: indulgentiam autem, quemadmodum & alia quæcunque actionum nomina, principalius respectum ad agentem quām materiam denotare, non est obscurum, generatio enim principalius generantem à quo fluit, quam materiam, in qua fit, denotat. indulgentia igitur, principalius per respectum ad indulgentem, quām ad pœnas, quæ indulgentur, quæ non sunt aliud quām indulgentiæ materia, indulgentia uocabitur. ea ergo formaliter ac dialecticè loquendo, absolutè ac simpliciter uocabitur indulgentia, in qua indulgens, nullam debiti accipit compensationem. illa contrà non absolutè ac simpliciter uocabitur indulgentia, in qua aliquid accipit. Quod si partem accipiat, & partem indulgeat, medio modo uocabitur. Veteres igitur illæ pœnarum condonationes,

quas

quas patres paces appellabant, quoniam nō ex publico ecclesiastico thesauro, sed ex ecclesiastica præfectorū potestate fiebant, ac perinde in illis nulla siebat peccatorum compensatio, propriissima ratione indulgentiæ uocabantur. Atque ita eas eosdem patres uocatas, & noster loquendi usus, qui profecto ab illis effluxit, & eorum ut antea, cum de nomine indulgentiæ loquerentur, monumēta testantur. Apertè enim nomine indulgentiæ, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, &c. utuntur. Vsurpant, etiam aliquando si non ipsum indulgentiæ nomen, indulgētiæ tamen significatum, ut cù interdū eam uocant clementiæ, benignitatem, ueniam, &c.

Nostræ, contrà indulgentiæ, cum potius habeant compensationis naturam, quām gratuitæ condonationis, si referantur ad efficientiæ causam, idest, ad Deum indulgentem, potius satisfactiones aut compensationes, quām indulgentiæ, si propriè sit loquendum appellabuntur. Quòd si indulgentiæ uocantur, hoc duabus ex causis prouenit; priori quidem, quòd ueterem usum loquendi retineamus, posteriori, quòd aut pœnas, quæ nobis condonantur, aut nos ipsos, qui nihil tale merebamur, respiciamus: quo pacto magis etiam, quām ueteres illæ uocantur indulgentiæ, ut statim monuimus. Medijs tēporis aut secundi generis indulgentias, video ab eorum sæculorum auctoribus, peccatorum aut pœnarum relaxationes appellari: sic enim, ut non semel aduerterimus, ueteres scholastici auctores, Altisiodoren. Alexander, Albertus, sanctus Thomas, sanctus Bonaventura, &c. quod eam fortasse loquendi rationem à sæculo illo medio, extra quod nondum ipsi constituti omnino erant, accepissent, indulgentias appellant.

Sed ais. Ecclesiasticus thesaurus à Deo institutus est, ergo obiectio ille est, qui dat unde pœnarum reatus dissoluamus, ac proinde inter ueteres ac nostras indulgentias, etiam si illæ ex potestate nostræ contrà ex ecclesiastico thesauro donentur, nullum erit discrimen. Respondeo. Verū est, spiritalem satisfactionum thesaurum à Deo esse tanquam ab auctore, ipse enim est, qui iustorum operibus & merendi & satisfaciendi pondus & ualorem impertit; at inde non sequitur, eundem

C. iij. nostrum,

Cyprian. in
epist. ad
Antonian.
& lib. 1.
epistola 2.
&c.

Disputat. 4.

Responso.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

Rem. 5.

nostrum, idest, totius ecclesiasticæ reipublicæ, quæ fide mutuoque caritatis uinculo neicitur, non esse. Rex est profetò, qui auro, argento aut æri per suum sigillum, ualorem tribuit, indeque omnes tum publici tum priuati thesauri ualorem sortiuntur, nihilominus tamen, qui ex publico ciuitatis ærario, regi satisfaceret, propriissimè debitum compensare diceretur, aliaque is & longè diuersa ratione illud dilueret, quam qui per solam præfecti potestatem indulgentiam acciperet. Sic nunc ecclesiasticus thesaurus, à Dei gratia quæ si à sigillo quoddam ualorem sortitur, ex se enim passionis nostræ non sunt condignæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, uerùm ex eo postea quasi re quadam nostra per uirtutem caritatis effecta, uerè satisfacimus, uerèque debitum nostrum ex eodem compensamus. Vnde illud hic est attendum, thesaurum hunc spiritualem, non Dei thesaurum esse sed ecclesiæ, idest, non ex Dei bonis, sed ecclesiæ diuiniis spiritualibus coactum esse. Nam licet Deus sit, qui bonis operibus meriti & satisfactionis ualorem impendat, quemadmodum rex auro & argento, &c. ecclesiastica tamen respublica est, quæ à suo capite Christo usque ad nouissimum, ex iis, qui in eadem diuites, idest, sancti uocantur, ad satisfaciendum diuinæ iustitiae eundem, in suorum pauperum releuationem, bonorum operum impensis extruxit: quemadmodum & de republica illa, cui regius præfectorus præsideret, antea dicebamus, ea enim ex iis pœcuniis, quas rex sigillo suo validas effecit, ad eidem regi pro pauperibus satisfactionem, publicis ditiorum, & eorū, qui diuiniis exundant, impensis thesaurum accumulat.

SED iam tandem ad huius ecclesiastici thesauri, quem tota hac disputatione, immo toto hoc opere, quasi certum supponimus, ueniamus, huic enim rei ipso operis initio totam hanc octauam disputationem dicauimus.

Probatur

Disputatio octava.

103

Probatur sanctæ scripturæ locis, esse in Ecclesia spiritualem quendam satisfactionum thesaurum, quo per Pontificis applicationem, pœnarum reatus compensentur.

Cap. XLIII



T, quomani ingentem uideo nobis in hac parte, non modò cum catholicis, quos diximus, sed etiam cum hæreticis hominibus, super esse congeatum, negant enim ecclesiasticum thesaurum, remque aiunt esse prouersus fictitiam, ex uerbo Dei, quo iudice solo, cupiunt hanc causam nos agere, id iam comprobemus.

I GITVR esse in ecclesiastica republica, spirituale quodam ærarium, ex quo summus eiusdem præfectorus, ægenorum hominum spiritualia debita, quæ peccando contrahuntur compenset, tum sanctorum literarum campus, tum ipsa iustorum operum ratio, ad theologicæ doctrinæ normam expensa, tum deinde sanctorum hominum exempla, etiam obstinatissimis hominibus intorquere uidentur.

*D*O C E T scriptura, iustos uiros & non modò uitæ innocentia, sed extrema quadam sanctitate percebres, multa opera in hac uita edidisse, multaq; tum ab hominibus, tum diuinitus tollerasse flagella, quibus nullo pacto ad proprioru scelerum dilutionem indigerent. Vtinam, inquit Iob, Ap- lob. 6. penderentur delicta mea; quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior apparet. Videbat uir sanctissimus (id quod erat uerissimum) se perpetuæ uitæ tramite, coram Deo ambulasse, uidebat se innocentiam semper pro uirili coluisse, uidebat, nihil aliud à summo iudice postulari, atque à Deo cum eodem exposu labat, cur tam acerbos dirosque cruciatus pateretur.

*P*A V L V S quoque Apostolus ad Coll. exscribens; Gau- Coll. 1. deo, inquit, impassionibus pro uobis, & adimpleo ea, quæ desunt

*Instituitur
disputatio
contra ad-
uersarios,
atribuitur lo-
ca.*

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. Docet perpetua consuetudine sanctus Apostolus, huius ecclesiasticae reipublicæ formam, humano corpori similem fore; ac quemadmodum in humano corpore omnia membra non sibi tantum, sed ceteris quoque membris inseruiunt, eisdemque laborant, ita quoque in ecclesiastico corpore, quod Christi quoque corpus uocat, unumquemque non tantum sibi ipse, sed reliquis etiam membris suis bonis operibus inseruire decernit; In qua analogia explicanda, tum alibi multus est, tum uero in epistolis ad Ephesios & Corinthios, ubi corporis humani typo, in ecclesia diuersas sed in unum coeuntes operationes describit.

Eph.4.
1.Cor.12.
Huius ergo ecclesiastici corporis cum pars esset Paulus, adim plebat ea, quæ deerant passionum Christi, pro ecclesia, id est, ad ecclesiasticos, qui ex Christi passione manarunt thesauros, suos quoque in commune fidelibus distribuendos applicabat labores; ut ex omnibus simul huius sanctæ ciuitatis conficeretur thesaurus, ex quo postea peccatorum penitentias redimerentur, & summi sacerdotis auctoritate compensarentur. Non quod Christi passionem insufficientem arbitra retur Paulus, aut quod suas passiones Christi passionibus, ullo pacto conferendas iudicaret, sed ut esset copiosus satisfactionis thesaurus. Nam hac quoque ratione, cum tamen una sola gutta sanguinis uniuersum orbem Christus potuisset redimere, multa fuit percessus, ut non tantum sufficiens, sed copiosa quoque redderetur redemptio.

In com. huius
in loci.
Vnde in hunc Pauli locum sic scribit Anselmus, Non sic intelligas illum locum, Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, quasi passio eius non sit sufficiens pro redemptione generis humani, abundat enim passiones Christi in nobis, & in carne Christi, quam uirgo peperit, nihil passionum deest, sed omnes in illa passiones sunt impletæ. restat tamen adhuc pars passionum eius, in carne mea, ordinavit enim diuina prædestinatio, ut etiam Christi mystica membra paterentur. Passus est Christus caput nostrum in carne sua, patitur & in suis membris, quasi dicat, Adimpleo, hoc est, addo mēsuram meam in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. Quemadmodum

Disputatio octaua.

104

admodum itaque passio Christi suffragatur ecclesia, hoc est membris Christi, ita membra ipsa Christi mystica, sibi mutuis operibus subsidio sunt, dum unius satisfactio alteri subuenit.

Quorundam
ueterum in
terpretatio.
Q V A M Q V A M scio, quosdam uetusiores interpres, Pauli locum aliorum interpretari, ut scilicet non de communicatione mutua spiritualium bonorum, sed de passionibus, quas passati sunt omnes, qui piè uolunt uiuere in Christo Iesus, loquatur Apostolus. Omnes enim Christiani, ut illi putant, hoc loco Apostolica phrasí Christus uocantur, cum dicitur, quæ desunt passionum Christi &c. Christus enim plerunque, non Christi personam, sed Christianum populum apud Paulum significat; ut cum ad Corinthios scribit, sicut enim corpus unum est & membra habet multa; omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus, id est, Christianus populus. Itaque uolunt, Paulum eo loco docere, corpus Christi, id est, ecclesiastica membra uniuersa, passionibus & afflictionibus atterenda, quod hac ratione tantum, eadem, post modum gloria coornari prouidentia decreuerit: iuxta illud, omnes, qui piè uolunt uiuere in Christo Iesus per se-
cutiones patiuntur.

V E R V M his, id, quod subiungit Paulus obstat uide-
confutat.
tur, Pro corpore eius, inquit, quod est ecclesia. Enimue-
ro, eas passiones, non tam pro se ipso, quam pro ecclesiasticis membris se perpeti profitetur Apostolus; non igitur solùm ut membrum ecclesiae esset, sed ut aliis quoque prodefset, patiebatur.

S V N T etiam, qui eundem locum, ad euangelicam prædicationem, pro qua exercenda, multas grauissimasque afflictiones, post Christi passiones Apostoli tolerarunt, referre uelint, ita ut Paulus sua prædicatione, quam non sine ingenti passionum turbine, apud gentes obibat, passionem Christi, id est, eius prædicationem supplere se dicat. Cuius sententia Theodoreus Cyrien. episcopus fuisse uidetur. Dominus (ait) subit mortem, pro ecclesia, & crucis ignominiam & incusias in faciem alapas & inficta tergo uerbera,

secunda in
terpretatio
Paulini lo-
ci.

&

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

& quæcunque etiam alia sustinuit ; diuinus quoque Apostolus uarias perpessiones pro ipsa tolerauit & libenter sustinuit. Gaudeo enim , inquit , in passionibus pro uobis, sciebat enim uitam ex his procurari . dixit autem se adimplere ea , quæ defunt passionum Christi , ut qui , quod restat impleat , & ex iis per passiones sustineat . Restabat autem ut prædicaret gentibus , & munificium salutis suppeditaret & ostenderet . Hactenus Theodoretus . Q uia non aliud Paulum , ea , quæ defunt Christi passionum implere intelligere uidetur , quâm per afflictiones & passiones in reliquum orbem terrarum euangelium spargere .

Confiteat. **Q** uis sensus multo minus , quâm præcedens placet , quòd eo multò sit violentior , quod cum sit satis per se apertum Christiano lectori , non est opus ostendere . Neque uero mirandum , quòd ueteres ecclesiastici patres , iis ac similibus violentioribus interprætamentis in alienos sensus , hunc Pauli locum inconcinè detorserint , cum licet usum indulgentiarum frequentarent , nondum tamen ecclesiastici thesauri , ut antea diximus , quoniam eius usus potissimè in nostra tépora seruabatur , omnes Spiritu sancto reuelante cognitionem haberent . Nam quanto magis nostra recentiorumque Theologorum interprætatio , cum Paulo conueniat , quamq; planior locus ille reddatur , haud difficile cernitur . Adimplebat itaque Paulus ea , quæ deerant passionum Christi pro corpore eius , quod est ecclesia , idest , per afflictiones & fructuosos labores , copiosum illum thesaurum redemptionis augebat , ut inde postea ecclesiastici corporis membra fouerentur , & infirmiores & pauperiores Christiani , quiue propria uirtute deficiuntur , peccatorum cruciatus & tormenta redimerent . Sic certè Gregorius Nazianzenus , sanctos martyres uocat holocausta rationabilia , sacrificia perfecta oblationes acceptas , peccatorum submersionem , & mundi expurgationem , quòd nimirum eorum merita , nobis uirtute caritatis & communis ecclesiasticae societatis adiuncta , ad peccatorum expurgationem , quasi quædam humana sacrificia deseruiat . Neq; uero per hoc honor aliquis Christo deperit , ipsæ enim est agnus Dei , qui tollit peccata , & uirtute

*Oratione
in S. Cy-
priano.*

Disputatio octaua.

105

& uirtute cuius sancti quoque uiri sacrificia dicuntur , quòd eorum nimirum passiones , Christi passionibus copulatae ac eius ualore delibutæ , nobis ad peccatorum satisfactiones . & expiationes proficiant . Sacrificia ergo sanctorum martyrum mortes uocantur , non quæ per se , sed quæ uirtute alterius sacrificij , pro nostris peccatis , dum nobis ad poenarum abolendos reatus applicantur , deseruant .

*Ostenditur idem ex ipsa bonorum operum na-
tura. Cap. XLIII.*



Ed iam ad ipsam bonorum aut iustorum operum naturam accedamus : hinc enim uehementius , ut spero , aduersarij constringentur , si tamen non omnino obstinato animo ueritatem auersentur .

EN I M V E R O bona aut iusta opera , duplē uirtutem in se habere , mærendi unam , quæ tantum operanti deseruiat , satisfaciendi alteram , quæ aliis etiam applicetur , etiam si auctores ecclesiastici , & antiquitate & eruditio ne & uitæ sanctitate clarissimi non docerent , ratio ipsa conuinceret . Orabant & sacrificabant sub Moysica legi slatione sacerdotes pro aliorum peccatis , nec tamen si recte suum munus exequerentur , meritum personale ammitabant ; immo quanto uehementiori animo maiorique conatu suas actiones & sacrificia aliis applicarent , tanto auctiori personali merito ditabantur . Quid ita , nisi quia duplex erat in illis sacrificiis & orationibus uirtus , merendi una , satisfaciendi altera ? Propria & in abdicabilis una , abdicabilis & aliis applicabilis altera ? An erit quis , qui adeo *Exod. 32.*

D d Iam

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

2. Ratio

I A M uerò in euangelico statu, apud ueteres, & sanctos. Autores unanimiter conuenit, uiuorum bona opera, defunctis prodesse, quod nisi in omnibus rectè factis duplex & merendi & satisfaciendi ratio agnoscatur, uerum esse non potest. Docet Augustinus, quatuor esse genera rerum, quibus defunctis prodesse possimus, altaris sacrificium, eleemosynam, iejunium, præcationes sanctas. nūc, quā quæso quatuor ista operum genera, defunctis etiam nobis applicantibus, proderunt, nisi in eis duplē hanc rationem ac uirtutem agnoscamus? Enim uero si sacrificium, eleemosyna, iejunium & præcatio tantum offerten profund, hominibus iam defunctis prodesse non poterunt. Quod si profund, cum ratio mærendi tantum operanti conuenire queat (nec enim, quis meis operibus mereri aut mererī potest, cum sint meæ propriæ actiones) profund igitur secundum satisfaciendi uirtutem, in qua non tam principium à quo deriuentur, quām ipsam in se ipsis opera attenduntur, ut statim dicemus.

Obiectio.

D I C E T quis, his ac similibus rationibus, non duplē, sed simplicem tantum in sanctis ac iustis operibus comprobari uirtutem, mærendi scilicet, qua non modò operanti, sed eis etiam, pro quibus operatur, per modum impetrationis profit. Eius enim oratio. qui regem orat, ut Socrati commeritas pœnas indulgeat, non habet duplē, sed simplicem rationem, qua non per modum iustitiae & satisfactionis, sed per modum impetrationis, quod postulat consequitur. Quod si se in ea oratione affixerit, id tantum modo deseruit, ut regis iracundia flectatur. Facilius enim uerba & opera, animos eorum, à quibus aliquid efflagitamus, flectunt, quām uerba tantum. Sic quis aut pro defunctis, aut pro uiuis peccatoribus preces effundit, nequaquam per modum satisfactionis, Deum ad pœnas peccatis debitas remittendas impellit, sed per modum meriti, non quidem alieni, nam ex alienis operibus nemo mereri potest, sed proprij, quo Deum ad alteri miserendum prouocat, & pellicit, iejunia uero, eleemosynæ, & reliqua pietatis opera in hoc tantum deseruiunt, ut præcibus, quæ pro peccatorum remissione

Lib. de cura pro mortuis.

Disputatio octaua.

106

miffione funduntur, uiam sternant, & per eadem orantis persona grata reddatur.

Dilect.

V E R V M hic cauillus, parùm hanc duplē operum uirtutem quam statuimus deturbat. Nam & si aliquando contingat (quod negari non liber) iejunia, eleemosynas, & sacrificia, orationibus, quæ peccata depræcentur; quo sint acceptiores, uiam sternere, ipsorum tamen sine orationibus uirtutem satisfactoriam, tum ex ueteri, tum ex novo testamento, tum ex sanctorum scriptis, agnoscere compelli-mur. Statuimus enim superius, duplē in peccato considerari rationem, culpæ unam, qua Dei inimici constitui-mur, pœna alteram, qua eidem amicitia iam refarcita, debitores efficimur: inter quæ duo, id ex natura ipsa rerum agnoscebamus discriminem, quodculpa per modum meriti aut impetrationis, pœna uero per modum iustæ compensationis condonetur. Nam cum hominis peccatoris, & inimici, ad Deum, nulla possit esse iustitia, neque simpliciter, neq; ex lege, profecto culpa, ulla compensatione condonari potest, sed animi conuersione facta, uenia secundum modū impetrationis acquiritur. At pœna, cum eius reatus & obli-gatio, cum Dei amicitia & caritate non pugnet, per modū solutionis, & compensationis resoluitur. Non quidem quodculpa suoptegenio ac naturæ pondere, uim habeant compensandi, absit, sed ex gratia, & diuinæ acceptationis ualore, qui iustitiae pondus eisdem infundit.

Disput. i.

E R G O, cum utriusque testamenti apertissimis locis, sanctorumque testimoniosis, superius ostenderimus, non modo post culpæ remissionem, pœna reatum superesse, sed eundem tandem bonorum operum, ex gratia factorum compensatione, iuxta diuinæ iustitiae regulas condonari, sequitur, eadem bona opera, duplē possidere uirtutem, merendi unam (nec enim qui per afflictiones, aut eleemosynas, pœnas suorum peccatorum diluere contendit, dicendus est non mereri) satisfaciendi alteram, quam aut proprij aut alienis reatibus tantundem reddit.

Q V O'D si tanta sit aduersariorum petulantia, ut iusta sanctorum uirorum opera, hanc duplē rationem, siue

D d ij uirtu-

F. Michaëlis Medinæ , de indulg.

virtutem obtinere negent , id profectò quanta cunque
sunt impietate , de Christi operibus inficiari non possunt .

Nam quòd illa ad meritum illius personale profuerint , Paulus Apostolus ad Philippenses scribens apertè testatur . Fa-

Philip. 2. . factus est (inquit) obediens usque ad mortem , mortem autem crucis , propter quod & Deus exaltauit , illum , & donauit illi nomen quod est super omne nomen , ut in nomine I E S V omne genu flectatur , cœlestium terrestrium & infernorum , & omnis lingua confiteatur , quia Dominus I E S V in gloria est Dei patris . Ecce , quid Christus sibi per pater-

Luc. 22. . norum mandatorum obedientiam meruerit ; iam quod eadem mors & obediētia pro nobis fuerint satisfactoria , Chri-

Math. 26. . stus ipse testatur . Hic , inquit , est calix nouum testamentum in sanguine meo , qui pro uobis tradetur , in remissionem

Roman. 3. . peccatorum . Et rursus , Bibite ex hoc omnes , hic est enim sanguis meus noui testamentis , qui pro multis effundetur in

remissionem peccatorum . Et Paulus , Q uem proposuit Deus propitiatorum , per sanguinem , ad ostensionem iustitiae suæ , in remissionem præcedentium delictorum , ut ipse sit iustus & iustificans eos , qui ex fide sunt I E S V Christi . Meruit igitur Christus & sibi quod mereri potuit , nomini- nis nimirum exaltationem & reliqua , quæ ad accidentaria- riā fælicitatem pertinebant , & satisfecit pro nobis , dum suæ obebientiæ & sacratissimæ mortis ualore , diuinæ iustitiae pro nobis satisfecit . Vnde mors Christi & quicquid pro nostrorum peccatorum dilutione , in hac uita mortali obtulit præcij nomen obtinuit , quòd scilicet ea omnia , qua-

*Tantundē
repedit.* tenus nostris peccatis diluendis inseruiunt , non meriti sed iustitiae compensationis rationem fortiantur . Neque enim cū quid præcio enimus , mereri illud dicimus , sed cum tantum secundum iustitiae libram & examen repedimus . In de etiam nostri liberatio per Christi mortem , redemptio uocatur , quòd nimirum non per meriti modum , sed per modum iustitiae , dum Christus uitam suam in nostrorum peccatorum dilutionem , parti satisfactus , impendit , fuerimus excepti . Meritum per se , gratiam respicit , præcium , emptio , aut redemptio , per se quidem iustitiam , per accidens autem

meritum

Disputatio octaua .

107

meritum , quatenus scilicet iustitia illa à merito quasi à fonte descendit . Nisi enim Christus , priùs per meritum patri placuissef , eius mors & obedientia pro nobis oblata , iustitiae rationem & pondus non essequerentur . Et Socrates , nisi priùs Deo per animi rectam conuersationem placeat , atque adeo gratiam , nanciscatur , nunquam eius iusta opera ua- lorem satisfaciendi , idest , iustitiae , adipiscuntur : quemadmodum , neque aurum præcij ualorem habet , quoisque regio sigillo consignetur . Sunt itaque iusta opera satisfactoria & meritoria , non quocunque tempore aut statu , idest , non ante ualorem gratiæ diuinitus inditum , sed posteaquam eundem receperunt ; tunc enim & per ea iusti homines , sibi beatitudinis incrementum , & simul , præcedentium pecca- torum (si habuerint) debitum , quasi oblata legitima pecunia , disoluunt , dum tantumdem per modum iustitiae com- pensationis rependunt . Nam ante ualorem gratiæ accepta tantum ieunia , eleemosynæ , ac reliquæ afflictiones , oratio- ni , quòd iustitiam perditam consequatur , promotioni deser- uiunt , ut rectè obiectio illa comprobat , in hoc enim ante iustitiam adeptam tantum bona opera diriguntur , ut animi clamor iustitiam postulantis , diuinam pietatem uehemen- tius ad miserendum flectat .

*Non omnia opera iusta duplē hunc ualorem me-
rendi & satisfaciendi possidere .*

Cap. XLV.



Vanquam neque cunctis in uniuersum , iustis operibus aut afflictionibus , ex gratia & ex caritate præstitis , ualorem hunc duplē merendi & satisfaciendi mihi placet tribue- re . In qua tamen parte aliorum , qui fortasse pœnitius rem considerarunt , liberum esto iu- dicium . Ego quidem uniuersa humana opera bona , in se- ptuplicem factionem distinguo , de quibus nullo pacto eadem

*Bonorum
operum si-
plicem gene-
ra.*

ratione

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

ratione arbitrandum esse iudicarim. Sunt quædam quæ & ante iustificationem, & ante pœnitentiam & animi conuersionem fiunt, quæ nullam habent neque meriti, neque satisfactionis rationem, indequæ à recentioribus theologis mortua uocitantur.

*S*VNT alia quæ & si ante consecutionem iustitiae fiant, nō tamen ante animi conuersionem, sed simul cum ipsa, qualia sunt, quæcunque peccatores ad diuinam misericordiam fleſtendam, in ipso pœnitentia actu exhibent, ut cilicia, cinceres, ieunia, flagella. & reliquæ afflictiones animi aut corporis: cui generi operum nequaquam satisfaciendi uirtutis donauerim, cum adhuc gratia destituantur, quæ sola iustitiae pondus & ualorem impertit. in hoc enim ista diriguntur, ut antea dicebamus, ut per ea animi clamor & oratio, qua gratia & antiqua amicitia postulatur, sit acceptior. Nā cum pœnitentia essentiali ratione sit dolor, ac præcedentium peccatorum tedium & detestatio, necesse est, ut si uera sit foras quoque dolor trudatur, & animi & corporis afflictione, remissio peccatorum & gratia postuletur: bona est enim oratio cum ieunio & eleemosyna; & quodammodo externæ istæ afflictiones orationi coniunctæ, diuinæ misericordiæ uiscera commouent uehementius. Habent igitur huius generis iusta opera meriti tantum rationem, non quidem de condigno, quod iustitiae rationem denotat, sed de congruo: decet enim diuinam pietatem, orationi & animi conuersioni, his operibus ornata, remissionem & gratiam elargiri. Neque uero per se, & ex intentione, ea meriti ratio, quæ in his operibus inuenitur, utriusque culpæ scilicet & pœnæ, respectu, meriti naturam habet, sed culpæ tantum, in eā enim diluendani diriguntur: haud enim aliud per has corporis & animi afflictiones peccator intendit, quam culpæ dilutionem & gratiæ consecutionem. Nam quod Theologi docent, tam esse aliquando uehementeri conuersionem, ut nulla alia satisfactione externaque castigatione sit opus, id ego non de operibus internis aut externis, quæ iustitiam antecedunt, sed his, quæ eam post animi ueram conuersionem consequuntur, accipio.

Tertiam

lob. 2.

Disputatio octaua.

108

TERTIUM iustorum operum genus est, eorum, quæ & animi conuersionem & iustitiam sequuntur, sed ad aliquid diuinitus accipiendum diriguntur, qualia multa & in nouo & in ueteri testamēto, & in ecclesiastico quotidiano usu deprehendimus. Sic Moses ut legem accipiat, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieunat in mōte. David pro filii ex adulterio suscepti uita, iam diuina indulgentia & gratia obtenta, ieunat, & affligitur. Sic Hester cum ancillis ieunat, ut Dominus eius orationem in conspectu regis exitum Iudaicæ genti molientis, dirigat. Sic Daniel posuit faciem suam ad Dominum, rogare & deprecari in ieunis, facco & cinere Dominum pro reductione populi in Hierusalem. Sic denique in ecclesiastica historia multos legimus, qui cum essem uiri iustissimi, aliquid diuinitus accipere cupientes, ieunis & orationibus diuinam munificentiam pellicere moliebantur. Hæc ergo opera, et si gratiæ ualorem obtineant, cū tamen solummodo ad promouendum ualorem orationis ab auctoribus dirigantur & fiant, nullo pacto satisfaciendi uirtutem possident. quemadmodum pecunia, etiam sigillo regis consignata, præcij rationem non babet, nisi quis ea emere aut debitum satisfacere intendat. Vnde si Socrates mihi centum aureos deberet, & aliquid aliud à me obtainere non item debitum compensare intendens, mihi alios quinquaginta offerret, profectò antiquo debito satisficeret nequaquam diceretur. quoniam nimirū non solus ualor, sed animi applicatio quoque contractum perficit. Non ergo uirtutem satisfaciendi, sed impetrandi ac promouendi tantum, huiusmodi opera quantuncunque à gratia proficiscantur, fortiuntur. Quod si non ea consequantur, quæ intendunt, eo quod tunc fortasie non expedit, non tamem sine alterius muneris impenetratione discedunt.

QVARTI deinde generis, sunt ea opera siue corporis afflictiones & labores, qui cum, à gratia proficiscantur, ac proinde iustitiae rationem forciantur, ad cōpensanda aut propria, aut aliena peccata diriguntur. Qualia sunt, quæ David post reconciliationem proprio uoluntatis arbitrio præstitit, qualia multa alia, quæ tum ex nouo, tum ex ueteri testa-

2. Reg. 12.

Hester 4.

Dan. 9.

F· Michaëlis Medinæ, de indulg.

testamento, priori disputatione produximus; qualia etiam in ecclesiastica historia, à diuersi ordinis Christianis hominibus: qui nunquam de propiciatu securi, semper per bona opera, præcedentia peccata compensare contendebant, in eorumdem peccatorum dilutionem præstantur. Quintus iustorum operum ordo est, eorum, quæ iam quidem adeptæ iustitia, & fortasse poena uniuersa præcedentibus peccatis respondentे, compensata, non in ullius peccati satisfacionem, sed ex habitu quodam rectè operandi & Deo sine termino seruendi, exhibentur: dum iusti uiri, iuxta Christi consilium, thesaurizant sibi thesauros in cœlo, scientes, quod

Ecclesiæ 5. Matih. 7. Rom. 13. i.Cor. 9.

qui parcè feminat parcè & metet. Ad sextam factiōnēm, reduco ea iusta opera, quæ quemadmodum hæc posteriora duo genera, post iustitiam quoque fiunt, non tamen ut priora ad peccatorum dilutionem diriguntur, neque tantum ex habitu illo Deo placendi fiunt, ut posteriora, sed ad carnis macerationem & detritionem quandam, ad quā Pauli afflictiones quædam uoluntariæ pertinere uidentur, Castigo, inquit, corpus meum & in seruitutem redigo, ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobis efficiar. Septima tandem acies, ea iusta opera compræhendit, quæ cum integra uitæ innocentia, idest, nullo cum culpæ aut poenæ debito, & si non uoluntariè suscipiuntur, uoluntariè tamen sustinentur, ad quā Iob, Tobiæ, & similiū, qui cum eorum iustitia diuinitus prædicetur, grauissimis tamen afflictionibus uerberati dicuntur, patientia ac labores pertinent. Atque hæc postrema quatuor iustorum operum genera, tantum ad thesauros ecclesiasticum pertinere crediderim. Ea enim inter omnia & gratiæ ualorem habent, & ex applicatione actuali, habituali, aut uirtuali, agentium, præcij & compensationis rationem sortiuntur.

Nunc igitur ex hac secunda cōsideratione, idest ex ipsa operum iustorum natura, sic pro ecclesiastico & spirituali thesauro licebit colligere. Opera iusta, iejunia, inquami, eleemosyne, præces, &c. Horum quatuor generum, duplēm habent uirtutem, merendi unam, satisfaciendi alteram, sed uirtus satisfactiua, aliquando agenti non est necessaria, ut in ui-

*Quæ iusto
rum opera
ad thesau-
rum per-
tinet.*

Disputatio octaua.

109

in uiris illis sanctissimis, qui cum paucis peccatis Deum offendissent, grauissimam pœnitentiam, ieuniis, eleemosynis, flagellis, nuditate, paupertate, in montibus in speluncis, &c. egerunt. ergo uirtus illa bonorum operum satisfactoria, aut sine remuneratione ac præmio permanebit, aut in ecclesia ad suplendam aliorum indigentiam reponetur. Sine præmio quidem iuxta diuinæ iustitiae regulas, permanere non poterit, quemadmodum, neque ullum peccatum impunitum relinquetur, reponuntur igitur in ecclesiastico thesauro ut inde ad aliorum egestatem suplendam, summi præpositi auctoritate aslumantur.

NEQUE uero, ut Durandus dicebat, huiusmodi satisfactiua operum ratio, accidentalis præmio compensabitur. nam præter hoc, quod hæc doctrina, thesaorum etiam ex Christi cuius merita, personale, essentialis & accidentale præmī acceperunt, prorsus euertit, profectò ratio præmij siue essentialis siue accidentalis, non satisfactiæ rationi, sed (ut ita loquar) meritiæ responderet. Et alioqui etiam si quis poenas proprias per opera afflictiua diluendas habeat, ex operibus eisdem punitiuis suscepit, non modò essentialis sed accidentale quoque præmium accipiet. Sunt igitur diuersæ prorsus utriusque rationes, ac perinde semper satisfactiua ratio, nisi propria sint peccata diluenda, oiosa erit.

Diluuntur aduersariorum rationes, quibus ecclesiasticum thesaorum euertere moluntur.

Cap.

XLVI.



Erūm hic nobis diluendum esse uideo aduersariorum cauillum, qui cum his ac similibus rationibus, ad duplēm hanc iustorum operum uirtutem constituendam, cogi se uideant, alia uia ecclesiasticum & spirituale thesaorum agrediuntur. Applicatio, aiunt, agentis, ut iusta opera compensandi uirtutem fortiantur, requiri-
t. Aduersa
norum in
spirituale
thesaurum
argumen-
tum.

Eetur

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

tur, at sancti uiri suas uoluntarias afflictiones in hos indulgentiaros usus non applicarunt, ea igitur nullo pacto, ad usus indulgentiarum deseruent.

Dilatio.

Iwan. 17.

RESPONDEMVS primum, id prorsus esse falsum de Christi morte & operibus, iis enim, non modo in communī, pro toto humano genere ea obtulit, sed etiam quantum ad sufficientiā pro singulis hominibus. Iis enim omnibus suam mortem ac passionem prodeſſe uoluit, saltem uoluntate antecedenti, pro quibus orauit, orauit autem pro omnibus, iuxta illud. Non tantū pro eis rogo, sed pro eis, qui credituri sunt per uerbum eorum in me, pro omnibus igitur passionē ac mortem obtulit. Q uod si non pro omnibus nobis obtulisset in singulari, actione tamen sacramentali eius passio singulis applicatur, Q uid enim aliud agit sacerdos, dum peccatis absoluit, quam Christi meritum ac passionem nobis applicare? Ita etiam nihil aliud agit summus ecclesiastico pastor, dum indulgentiam applicat, quam Christi mortem ex ecclesiastico theſauro extra sacramentum tamen, nobis adiungere. Vnde etiam si suam mortem secundum uirtutem satisfactoriam singulis non applicaslet, adhuc nihil erat ecclesiastico theſauro timendum.

Rom. 9.

DE iustis autem uiris, profectō non esset temerarium afferere, eosdem, sua bona opera, in finum diuinæ bonitatis, agentibus impertienda, aut in proprios usus conuertenda reposuisse; præfertim cū aduerterent à Paulo scriptum fuisse. Quid oremus sicut oportet nescimus.

Cor. 8.

DE INDE, quamvis iusti uiri, formaliter & actu ipso non applicauerint, uirtute tamē & habitu applicabāt, omnia enim sua opera in Christianum & Euangelicum finem dirigebant, & ex caritate metiebāt: caritas autem postulat, ut ea, qui bus non indigemus, aliis impertiamus, quemadmodum de corporalibus diuiniis ad Corinthios scribens Apostolus præcipit. Ex æquitate, inquit, in præsenti tempore uestra abundantia illorum (ministrorum scilicet Euangeli Christi pauperum) paupertatem suppleat, ut illorum abundantia uestra in opia sit supplementum. Abundabant Corinthij temporibus bonis, egeni uero erant in spiritualibus; & diuerso

Euan-

Disputatio octaua.

110

Euangelici ministri spiritualibus abundabant, egentes terrenis: uult Apostolus uniuscuiusque abundantiam, alterius in opia subuenire, ut ipsis quoq; Corinthiis & spiritualia communicarentur, Christi uero pauperibus corporalia subsidia, uicario officio sub ministrarentur. Est hæc ecclesiastici corporis forma & æchonomia, ut quemadmodum naturalis corporis membra, humores, spiritus, & nutrimenta, ita mutuò fideles, fide ac alterna caritate deuincti, bona siue temporalia, siue spiritualia communicent; iuxta illud quod quidam illorum de se ipso dicebat, Particeps sum ego timentiū te, & custodientium mandata tua. Quamobrem Nazianzenus sanctum Cyprianum Carthaginem alloquens, *Oratione in s. Cyprianum.*

Psal. 118.

Optima analogia.

Rom. 12.

E e ij rita-

F. Michaëlis Medinae, de indulg.

ritate, quæ sicut natura naturalis corporis, ita illa ecclesiastici corporis artifex creditur, in agentis membra nutrimentum refundit. An putandum erit in tanta spiritualium bonorum ægestate, in tanta pœnitentia ac satisfactionum pœnuria, quanta Christus uidebat, collapso iam Euangelico feroore, in ecclesia aliquando laborandum esse, accerbissimos illos martyrum cruciatus & tormenta, grauiissimos illos uitæ hæremiticæ scalores, angelicæ illius puritatis consequendæ, non sine ingenti temptationis turbine, in sanctis uirginibus in defensu studiū, & cætera omnia, quæ ad quatuor illa postrema bonorum operum genera pertinent, ab eodem Christo eiusdem ecclesiaci corporis capite, perire ac sine ullo fructu ab ire permittenda? At quî iustitiæ diuinæ libra nihil permittit impunitum, cur ergo irremuneratum? Exemplum esto sacratissima uirgo, quæ cum à sui principio prorsus peccato carens, summam uitæ innocentiam coluissest, multa tamen ac grauiissima, si non corporis, spiritus tamen tormenta sustinuit, exemplo sint sancti Apostoli, martyres, confessores, uirgines, hæremitæ, &c. quorum quidam sine peccati mortalis macula, totu[m] uitæ tramitè peregerunt: an eoru[m] opera quatenus satisfactoria sunt (cum tamen nulli per eosdem fuerint applicata) sine præmio manebunt. Exemplo sunto uiri sanctissimi Iob & Tobias, quorum cum innocentia insignis diuinis oraculis ipsaque uoce Domini cõmendetur, accerbissimas afflictiones & mortalibus penè intolerabiles, scripture recenset. An cum hi non egerent satisfactionibus, quod nullu[m], pro quo diuinæ iustitiæ satisfacerent, peccatum haberent, hæc omni peribunt? Quæ pietas hoc docet? Quæ iustitia id suadet? Quod ius hoc postulat? Ais uero. omnia hæc iustorum opera premij mercedem acceperunt, in eisdem, qui illa præstiterunt. Accipio, si id secundum eam rationem, qua sunt meritoria intelligas, sed cur illa alia satisfaciendi uirtus sine præmio peribit? Quoniam, ais, eorum operum auctores non indigent, satisfactione. At, alia eiusdem ecclesiastici corporis membra indigent, cur ergo eisdem à Christo, non applicabuntur; quemadmodum duce natura, unum membrum naturale nutrimentum, quod redundant,

Disputatio octaua.

111

redundat, alteri subministrat? An poterunt, crebrum, cor, & hepar, nobilissima totius humani corporis membra, reliquis omnibus membris, spiritus animales, uitales & naturales cōmunicare, Apostoli uero martyres, confessores &c. qui sunt huius corporis ecclesiastici nobilissimæ partes, sua bona opera communicare non poterunt?

Responsum ad aduersariorum argumentum.

RESPONDENS itaque, aut sanctos uiros formalem ac actualem intentionem habuisse, applicandi suas afflictiones ac satisfactiones, reliquis ecclesiasticis membris, quæ spirituali egestate laborarent, suosq[ue] reatus proprio marte propriisque diuitiis compensare non possent, cuius profecto contrarium ab aduersariis comprobari non poterit; aut si formalem & actualem intentionem non habuerunt, habuerunt tamen habitualem & virtualem, qua in domo Dei laborantes, cuncta sua opera in cœlestis patrisfamilias sinum, ab eodem, pro reliquorum domesticorum Dei egestate dispertienda, refundebat, quem finem operandi in cunctis suis bonis operibus Christiani conseruant. Omnes profecto in domo patrisfamilias, fideliter pro uirium quantitate ac ratione, in diuersos, quos echonomica ratio uiuendi postulat labores, suas operas collocant, ancillæ, serui, pastores, agricole, artifices &c. nec tamen quisquam eorum sibi tantum laborat, immo uero in nullius peculiare commodum labores dirigit, sed tantum patrisfamilias in operis exercendis uoluntati deseruit. Scit enim postea eundem pro iustitia & indigentia ratione omnibus prospecturum. sic in ecclesia, quæ est domus Dei, omnes ex cœlestis patrisfamilias præcepto, diuersis studiis diuersisque pietatis operibus exercendis distingimur, non multum tamen sumus solliciti, an nobis, an uero aliis eiusdem familiae domesticis laboremus, scimus enim nos iustissimum patremfamilias habere, qui omnes nostras operas, pro totius familiae ratione aliquando disperriet.

Secundum aduersariorum argumentum.

INSTANT rursus aduersarij. Esto sit in ecclesia thesaurus non modo ex Christi morte sed ex sanctorum afflictionibus quoque coactus, esto ad eum applicandum actualis operantium non exigatur intentio, sed uirtualis aut habitualis

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

tualis sufficiat. At cum non ex quibuscumque satisfactionibus, sed ex his tantum, quæ agenti ipsi propriis debitibus compensatis, supersunt, eundem doceatis conflari, si nullæ unquam uiris quantumcumq; iustis satisfactiones superfluerint, fictitius prorsus thesaurus erit; & in eorum numerum repnendus, quæ cum sint possibilia, nunquam tamen erunt aliquando. Nam quod uiris iustis nulla bona opera superfluerint, non modò semper docuit ecclesiasticus sensus, dum decernit uniuersos sanctos, quamdiu erant in hac uita, uerè dixisse, *Dimitte nobis debita nostra &c.* Sed etiam Ioannes Apostolus apertè diffinit, *Si dixerimus (inquit) quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est.* Hieronymus deinde in illa psalmi uerba Beatus uir, cui non imputauit Dominus peccatum, &c. & infra. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Quomodo, inquit, est sanctus, si pro impietate sua orat? et si est impius, non est sanctus. Itaque sancti, per orationem & confessionem suæ impietatis, merentur sibi non imputari peccatum. Augustinus etiam. Nullus sanctus, inquit, in hac uita sine peccato fuit, iuxta illud Ioan. *Si dixerimus &c.* Ex his ergo multisq; similibus tum scripturæ tum sanctorum locis, sic rectè colligemus. Sancti dum hac uita mortali fruerentur, non modò modestè sed uerè se fatebantur debitores, nondum ergo uniuersis debitissatisficerant, quare nec erit in ecclesia ex eorum superfluis satisfactionibus coactus thesaurus. atque ita isti.

Responso. Qvæ tamen obiectio quantas uires habeat, iam ex eius facilí dilutione clarescit. Loquuntur siue ecclesiastica definitio, siue Ioannes Apostolus, siue ecclesiastici patres, de debitibus minorum culparum, quas ueniales vocamus, de quibus quoque scriptum est. Septies in die cadit iustus, à quibus (una excepta sacratissima Virgine) quantacunque perfectione constaret, nemo fuit immunis, non item de debitibus pecnarum. Et alioqui, quid obest uiros iustos quotidie uenialia committere, & ultra hoc tam illustres ac præclaras actiones exercere, ut non modò culpis uenialibus, quas contrahunt, satisfaciant, sed insuper pro aliorum debitibus compensandis

Prouer. 14.

Disputatio octava.

112

pensandis supersint? Itaque uerum est, uiros quantumuis iustos, semper minorum culparum, quæ quotidiano coniunctu contrahuntur, laqueos incidere, sed uerum quoque est, eosdem agente illo spiritu itus feroore, quotidie, tam affluentes spiritualium diuinarum thesauros agerere, ut non modò pœnæ, quæ illis peccatis debentur, diluendis sufficient, sed insuper, ecclesiasticum ærarium ditent & increscere faciant. Immo uero asiduitas illa & pœnæ ineuitabilis uenialiter peccandi necessitas, sanctis uiris ad rectè operandum pungentissimos aculeos addit. sicut enim se quotidie uidet noua debita incidere, ita sibi stimulos ad rectas operaciones, quibus ea debita resoluantur, adiungunt. sed tantò sunt excellentiora corum bona opera, quam erant culpa illæ leues perniciose, quantò maior in eisdem ad rectè operandum est caritatis impetus, quam fuerat in culpis uenialibus, quæ admirerunt, malitia. non ergo mirum, si eorum satisfactionibus, ecclesiasticus thesaurus in immensum augescat. Adde quodculpa illæ leues, ad quas quotidiano coniunctu iusti uiri obligantur, nulla externi boni operis aut satisfactionis compensatione plerunque indigent, sed quasi animæ rubigines quadam, aut sola oratione, aut feroore dilectionis, aliis ue remediis, quæ diuina aut ecclesiastica sanctione suscepimus, diluuntur. Cur enim Stephani lapides, Laurentij craticula, Catharina rotæ &c. compensationes erunt uenialium culparum?

Sed Lutheri ratio, qua totum ecclesiasticum thesaurum demoliri conatur audienda est: fingunt, inquit, Papistæ certum modum bonorum operum, quibus pro peccatis satisfiat, quem homines exceedere ualent, ut potè plura pati aduersa uel parare benefacta, quam ipsi sit necessarium ad salutem, quæ uocant opera supererogationis, quibus coniunctis meritis Christi, conficiatur thesaurus indulgentiarum. Sed hoc est falsum. Nam meta præfixa bonis operibus, est probatæ atque sanctæ uitæ exemplum Christus, ut scilicet cōformes imagini filii Dei euadamus, iuxta Paulum Rom. 8. Sed hanc metam nemo attigit, nam Paulus, qui plus omnibus laborauit, de se ipso dicebat, *Nihil mihi conscient sum, sed*

Tertia ad-
versario-
rum ratio
Lutheri uer-
ba apud
Rofensem.

sed non in hoc iustificatus sum

Response

R E S P O N D E O secundò, quòd quanuis uita Christi nobis præfixa meta necessaria esset: quoad merita & quæ illis respondet gloriæ, tamen cum opera bona duplicem habeant rationem, satisfactiua unam, meritoriam alteram, & satisfactio peccatum respiciat, & fuerint multi sancti, in quibus etsi abundant possestiones Christi, non tamen abundabant peccata, non est mirum, quòd etiam si nulla superfuerint merita, superfuerint tamen satisfactiōes, id est non est mirum, quòd si ad exemplar illud meritorum & felicitatis propositum, nūquam peruererint, peruererint tamen ad eum statum, in quo, cum pœnas quas compensarent, non haberent, satisfactiōibus, quibus aliis ecclesiasticis membris proficerent, abundant.

A T Q V E hæc quidem, quæ de spirituali & ecclesiastico
thesauro hucusque attullimus, in solos hæreticos & ecclesiastico-
rum decretorum contemptores, non sine spe victoriae
credo vibravimus. Nunc iam quæ dicemus fideles homines

¶ ecclesiæ

& ecclesiæ morigeros filios tantummodo urgent. hi enim
foli Pontificum Romanorum rescripta cum honore susci-
piunt. Clemens itaque sextus Pontifex Max. esse in ecclæ-
siastica repub. thesaurum quendam, ex Christi & sanctorum
operibus satisfactoriis coactū, iis uerbis scribit. Non, inquit,
corruptilibus, auro & argento, sed sui ipsius agni incotani-
nati & immaculati præcioso sanguine, nos redemit Dei filius,
quem in ara crucis innocens immolatus non guttā sanguinis
modicā, qua tamē propter unionē ad uerbū, pro redēptione
totius humani generis suffecisset, sed copiosè ueluti quoddā
profluuiū noscitur effudisset, ita ut à planta pedis usq; ad uer-
ticem capitis nulla sanitas inueniretur in ipso. Quantum
ergo exinde, ut neque superuacanea, innanis aut super-
flua tantæ effusionis miseratio redderetur, thesaurum mili-
tantí ecclesiæ acquisiuit, uolens suis thesaurizare filii pius
pater, ut sit infinitus thesaurus hominibus, &c. & deinde. Ad
cuius quidē thesauri cumulum, beata Dei genitricis omniūq;
electorū merita adminiculum præstant. Hactenus Clemens.

*Theſaurum ecclēſiaſticum diſpenſare, ad ſolum Pe-
trum eius. & legitimos ſucceſſores pertine-
re. Cap. XLVII.*



Verum age, quis huius ecclesiastici thesauri dispensandi potestatem acceperit, Paucis explicemus. nam eius dispensationem, omnibus, quibus indulgentias conferendi auctoritas à Christo exhibetur, diuinitus creditam, cogitare quis posset. Atque id profecto iis omnibus, qui cum ordinariam aliquam potestatem remittendi pœnas peccatorum, & non tantum delegatam aut commissionis, quæ etiam quibuscumque aliis conuenire potest, in episcopis collocent, uniuersas indulgentias per applicacionem thesauri fieri docent, necessario fatendum: quoniam si indulgentia alio pacto quam thesaurum applicando, fieri nequeat, profecto, qui ordinariam indulgentiarum tribuenda

Ff potesta.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

potestatem accepit, ius habebit perinde in eundem, ecclesiasticum thesaurum à Christo tributum. Et tamen tantummodo Petro eiusq; successori Romano pótifici, claves eiusdem ecclesiastici thesauri commissas, absq; ulla sententiarum discordia theologi docent. Est enim ille sicut summus ecclesiae pastor, ita spiritualium diuitiarum sumus echonomus, abs cuius arbitrio in quantūcunque pauperes nihil potest' expendi. Enim uero quemadmodum in materialium diuitiarum administratione, ingens eset confusio, plures eosdem thesauros & dimitias expendendi ab eodem domino potestatem fortiri, ita quoque suo modo, in spirituales diuitias administrandas, tot ecclesiasticos pastores & episcopos auctoritatem obtinere, Euangelicæ dispensationis rectus ordo non patitur.

Ergo supereft, episcopos, & quoscūq; alios ecclesiasticos præfectos (siqui præter episcopos condonandi reatus penarum, potestatē acceperunt) habere quidem indulgentias conferendi potestatem in Apostolis acceptam, ut antea docuimus, non tamen alia ratione, quam per modum auctoritatis: ita ut ex tribus illis dandi indulgentias rationibus, quas Pontifici tribuebamus, per modum auctoritatis tātum, per modum suffragij tantum, & per modum auctoritatis & suffragij simul, sola prior, non quidem in tota sui amplitudine, sed Petro subdita & eius rectè uoluntati obnoxia, episcopis competat. Atque id quidem mihi duo illi Euangelici loci, si rectè expendantur, demonstrare uidentur. Tribuitur Petro, cum reliquis Apostolis Matth. 18. auctoritas uenias peccatorum indulgendi per modum potestatis, Quæcunque, ait, Christus alligaueritis super terram, alligata erūt &c. tribuitur autem eidem soli eadem facultas sed per modum suffragij aut per modum illū tertium ex auxilio & potestate cōpositum Matt. 16. Certè Matth. 18. locum ad modum potestatis, illum contrā ad duos illos alios modos penas condonandi, necessariò fore referendos, quæ in horum locorum interpretationem attulimus, in præcedentibus, apertè demonstrant. Appellarat Christus Apostolos prius Matth. 18. ecclesias, si eos, inquit, non audierit dic

ecclesiaz,

Matth. 16.

Disputatio nona.

114

ecclesiaz, id est, ecclesiastico magistratui, ac postea subiungit. Amen dico uobis, Quæcunque &c. Pertinet igitur ille locus ad iurisdictionis, quam ecclesiastici pastores in gresso sortiūtur, essentiale rationē. Contra Matth. 16. Petro soli, in confessionis præmium & remunerationem claves regni cœlorum tribuuntur: quæ conferendi potestatem ratio, eādem, ad necessariam & essentiale iurisdictionis naturam non pertinere, sed ad gratuitum aliquod præmium, satis ut iam antea tradidimus, ostendit.

HINC utriusque potestatis episcopalis & Pontificalis discriminē, si ea, quæ de tripliū hac uenias distribuendi ratione parum antea scripsimus, ad memoriam reuocentur, deprehendere licet. Vti auctoritate à maioribus commissa, sine magnis iustisq; rationibus nemini datur, non enim in destructionem, sed in ædificationem accepit potestatem. Contrā, propriis thesauris liberaliter uti, cum iustitia non pugnat. episcopus ergo absque ingentibus causis, ac pœnæ, quæ toleranda erat, secundum exactæ prudentiæ regulas, aliqua ratione respondētibus, uenias peccatorum tribuere, non potest, contra Pontifex cum sit caput ecclesiaz, cuius ut antea diximus, est thesaurus, etiam absque ea causarum proportione, indulgentias impertit. In episcoporum indulgentiis, iustitia & æquitas, in iis autem, quas Pontifex tribuit, ecclesiastica liberalitas & misericordia, attenduntur. Illæ, iurisdictionis, qua nullus abuti debet, hæc liberalitatis & magnificientiæ sunt opus.

EST DEMVM inter utrasque, illammet differentia, quam inter prioris Ecclesiastici sacerdoti & postremum hoc nostrum, in usu pœnas cōdonandi esse dicebamus. Quemadmodum enim illo tempore, quoniam indulgentiaz, ut plurimum, per modum auctoritatis donabantur, non nisi magnis cum rationibus donabantur, contrā, uero, hoc nostro, quod non tam per modum auctoritatis, quam suffragij tribuantur, scrupulosa illa examinandi causas pro quibus conferuntur, ratio non obseruatur, ita per omnia, episcopi, quoniam tantum per modum auctoritatis possunt indulgentias distribuere, non nisi paruas, & iustis

FF ij ex

*Disput. 5.
Pontificalis
et episcopa
lis potesta
tis in confe
rendis in
dulgentiis
differentia.*

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

ex rationibus donare possunt, Pontifices autem, quoniam etiam per modum suffragij & tertium illum ex utroque mistum quod illis solis creditus sit thesaurus, easdem donan-

De penit. &c remiss. c. Cam ex eo. Et eod. lib. 6. e indulgentia.
di auctoritatem acceperunt, & affluentiores, & minoribus ex causis, elargiri possunt. Vnde episcoporum summa in hac parte potestas non tam à Pontificibus & conciliis, ad quadragenarium dierum numerum coercita est, quam declarata & exposita.

Dissipantur

Disputatio nona.

115

Dissipantur hæreticorum argumenta, quibus in indulgentias uel nostra uel præcedenti memoria impetum fecerunt, simulq; ea difficultates, que ex illis emergebant, eluduntur. C. XLVIII.



Andem nono ac ultimo loco, quam parùm rationes & argumenta aduersariorum, quibus tamen de ecclesiastica doctrina triumphos agere se putant, eandem laudent, iuxta nostram principio huius operis promissionem, ostendere ac patefacere oportet. Hucusque enim non de hac tota re diximus, neque ea, quibus illi in ipsis immediate indulgentias impetum faciunt, elisimus, sed siccillatim ita huius materiæ partes per traictauimus, ut & Christianus, lector, conferendi uiuis aut defunctis uenias peccatorum aut indulgentias, ecclesiasticum usum, legitimum Christique ordinationi assoun intelligat, & hæreticus ecclesiæq; aduersarius, quam inanibus rationibus ac momentis ab ecclesiastica doctrina descivierit, satis agnoscat. Erimus autem in hac parte fortasse, quam difficultas aduersarum rationum postulat, aliquantò breviores, tum quod ex his, quæ in præcedentibus diximus, eisdem satisfactum esse credimus, tum, quod quedam earum integros & longè alterius considerationis tractus iure suo postulare uideantur, tumdemum quod multa ad scholasticas theologorum disputationes attineant, quibus hic parcere, quod ad hanc rem, qua de agimus, parùm faciant, principio decreuimus. Quarum si quis exactiorem tractationem desiderat, habet scholasticos auctores in 4. sentent. distinct. 20. pluresque alios doctos uiros, inter quos uel primo loco Cajetanum dupli opusculo numero, qui editis libris, multa subtiliter atque exactè de indulgentiis earumque ualore & modo consequendi

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

di disputerunt: quorum omnium sententias, consensus, & dissensiones, ijsce annis Antonius Cordubensis, nostra pruincia castellæ olim provincialis minister, ut nō minore eruditione quam pietate, quod eius libri manifestè testantur, scripto editoque de hac re peculiari libro, doctissimè complexus est. Nos igitur hoc loco, tantum ea afferemus, quæ ecclesiasticis usibus atque doctrinæ propagandis sufficere necessaria cogitabimus, reliqua, iis, qui fideli supposita ueritate, singula quæq; subtilius exigere solēt, idest, scholasticis, tractanda reseruabimus, quanvis non pigebit interdum lectori auctores indicare, qui de ea re cōmodius loqui uideātur.

*Prima in
indulgen-
tiae hæreti-
corum ma-
china.*

Diuitio.

*Dionys.
lib. de eccl.
hæretar. c.
August.
lib. de cur.
pro mer.
agen.*

1. Cor. 3.

*Council. Po-
tent. ex Pa-
silensis de
purgat. ri-
diffinitio.*

PRIMO ergo loco, ita sacras indulgentias præcedentis memoriae hæretici, qui & nostris delirandi anſam dedisse uidentur, Vualdenses scilicet, Vuickefus, Ioan. Hus &c. aggrediantur. Non est purgatorium, ergo uanus est indulgentiarū usus. Sed nos & antecedens falsum dicimus, & pessimam collectionē putamus. Falsum est quidem antecedēs, quoniam non modò ecclesiasticis moribus, orandi pro defunctis, iam tunc ab Apostolicis facultatis ubique Christianorum usurparis, quorum Dionisius Areopagites, & post modum Augustinus alijque ueteris memoria patres meminerunt & interpretati sunt, sed apertis factis scriptis locis, ac conciliarum distinctionibus, contrarium nobis constat. Et ut ea, quæ scholastici auctores in 4. sentent. dist. 20. piè ac subtiliter post magistrum sententiarum scribunt, omissimus, multa de purgatorio Augustinus, in inchiridio ad Laurentium, & sermone 4. de commémoratione animarum, Hieronymus pro pœnæ lib. 18. commen. in Isai. Grégorius Romanus Pontifex lib. 4. Dialog. cap. 39. & ante hos origenes homil. 6. in Exod. per tractans illa herba Pauli, si quis autē ædificat, &c. alijque diuerorum sæculorum ecclesiastici patres memoria prodiderunt. Multa etiam tum ex Græca, tum ex Latina ecclesia & in Basiliensi & Florentino concilio ab utriusq; nationis doctis uiris prolatæ sunt, quibus tandem optimè ac protantorum conciliarum grauitate, in hanc sententiam uentum est. Si uerè pœnitentes in caritate diceſſerant, antequā dignis pœnitentia fructibus, de commissis & omissis satisferint

Disputatio octaua.

116

cerint, eorum animas pœnis purgatorijs post mortem purgari, &c. Multa denique multi uiri doctissimi nostra memoria, non in uitis misis, de purgatorio posteritati tradiderunt, dum nostrorum temporum hærefes scriptis proscindant, inter quos Ioan. Echius tum alibi, tum quatuor de hac re editis libris, Paulus Ricius Neapolitanus uno, &c.

QVIN uero, non modò apud Latinos, sed apud Græcos etiam, semper hæretici reputati fuerunt, qui purgatorium inficiantur. Haud enim illi inter beatitudinis & huius uitæ mortalib; status, tertium negat. immo eum editis libris in Basiliensi & Florentino concilio protestati sunt. Nam cum Latini patres suam sententiam in hac parte protulissent, sic Græci responderunt.

Quæcunque patres amplissimi protulisti atque citastis, orientalis ecclesia profitetur, quanvis inter Græcos & Latinos parva sit differentia. Haec tenus Græci patres. Erat autem differentia, ut ipsi tum eo loco, tum edito libello subinde ex posuerunt, quod Latini, sensus pœnam, idest, ignem purgatorium, eo potissimum Pauli ad Corinthios loco, Saluus erit quasi per ignem, &c. adducti, 2. Cor. 3. Græci autem nullum ignem sensibilemque cruciatum, sed tantummodo damni, idest, carentia diuinæ uisionis pœnam statuerent. Quo magis miror hunc errorem, qui negat purgatorium, à multis ex nostris, Græcis & Armenis impingi, cum illi non in purgatorijs dogmate, à nobis, sed in pœna qualitate dissentiant. Negamus deinde huins argumenti consequentiam, quoniam etiam si nullum foret purgatorium, tantum sequebatur eas indulgentias, quæ defunctis conferuntur, esse nullas, nō item eas, quæ uiuis exhibentur. Immo uero non tantum pessima est hæc collectio, qua ex purgatorijs ablutione, indulgentia quoque è medio tolluntur, sed prorsus ex illa assumptione contrarium colligitur. Rectè enim sequitur. non est purgatorium, quo aut pœna sensus, idest, sensibili cruciatu, aut pœna damni, idest, diuinæ uisionis priuatione, reliqua peccatorum, idest, pœna quæ post iustitiam recuperatam perseverant, purgetur, ergo sunt in ecclesia indulgentia, aut, ergo est in ecclesia potestas illas pœnas condonandi. Nam has pœnas temporales post iustifica-

*Vide Apo-
logiā Gre-
corum Pa-
tres con-
cilii Bas.
In Cōflor.
statum in
principio.*

*Returqa-
tur in ad-
uersarios
argumen-
tum.*

ficationem luēdas supereſſe, prima diſputatione, & ſcripturna locis apertis, & ſanctorū patrū auctoritate, & ecclesiastica doctrina, & ex ratione ipſa iuſtificationis oſtendimus, porro, animam pœnarum reatibus ac condēnationibus obligatam, fælicitate donari, ratio non permittit. Ergo ſi eas pœnas, aliis pœnis poſt mortem in purgatorio non luat, neceſſe erit, auctoritate ecclesiastica in mortis tranſitu ab eisdem abſoluī. Atque huic mihi profectō, uetus illa conſuetudo reconciliandi ante mortem pœnitentes, cuius Cyprianus uetustio reſquæ reliqui theologi frequentiſſimè meminerunt, ſpeccatiſſe uidetur. Nam cum in hac purgatorij materia non dum ſatiſ inſtruīti eſſent, neque ſuffragiorum doctrina ſatiſ exācte explicata eſſet, quod ex libris Auguſtini colligere licet, aut (quod magis credo) quoniam diris illis purgatorij ſuppliciis, dum parcè ecclesiastica auctoritate uterentur, nollent fratreſ exponere, eis pace data, ideſt, uniuerſis ſuppliciis, quaſ alioqui luituri erant, condonatiſ, de reliquo & à culpa & à pœna reatu, quantum ecclesiastice claves poterant, ſecuros, redabant. De quare ſic Cyprianus & reliqui Africæ Episcopi ad Cornelium ſcribunt. ſtatueramus quidem iam pridem frater cariſſimè, participato in uiuē nobis cum confilio, ut qui in perſecutionis infestatione ſupplatati ab aduersario & lapsi fuiffent, ac ſacrificiis ſe illiciſtis maculaſſent, agerent diu pœnitentiam plenam, eti periculum infirmitatis urgeret, pacem ſub iectu mortis acciperent. Neque enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, eccleſiam pulsantibus claudi, & dolentibus & depræcantibus ſpeſalutaris ſubſidium denegari, ut de ſeculo recedentes, ſine communicatione, aut pace Domini dimiſterentur, cum permiferit ipſe, qui legem dedit ut ligata in terris ctiam in cœliſ ligata eſſent. Solui autem poſſent illiſ, qua hic prius in eccleſia ſoluerentur. Hæc Cyprianus. Et rurſus. ad Antonianū. Si qui infirmitatibus occupantur, illiſ ſicut placuit, impericulo ſubuenitur, poſtea tamen quām ſubuentum eſt, & pericitantibus pax data eſt, ſuffocari à nobis non poſſunt, aut opprimi, aut inde manu noſtra in extum mortis urgeri, ut quoniam morientibus pax datur, ne-
ceſſe

ceſſe fit mori ea, quia acceperint pacem, in agis in hac iudicium diuinæ pietatis & paternæ lehitatis appareat, quod qui pignus uitæ in data pace percipiunt, hoc quoque ad uitam percepta pace hæc Cyprianus aliaque multa in hanc ſententiam. Tantum itaque abeft, ut Vuiclefus & Vualdenses, eo argumento indulgentias demoliantur, ut potius, earum confeſſoriarum in eccleſia eſſe potestatem statuant.

Secundum hereticorum argumentum.

- SECUNDО, ita indulgentias Lutherus irrumpit. fides iuſtificat & ſola hominem in ſtatu ſalutis reponit, non igitur opus eſt indulgentiis. Respondemus primò, falſum eſſe, nā perpeſuus ſanctorū patrum conſensus, & multi uiri docti, noſtra ueterique memoria doctiſſimis ſcriptis aeditiſ, inuitiſ rationibus & argumentis, contrarium ſuadent, nosque quanta ſit in hac parte aduersariorum stupiditas, peculiari libro, demonstrabimus, quem primo quoque tempore eden dum paramus. Deinde, eſto fides iuſtitiam conciliaret, inepta tamen profectō eſt collectio, qua ex hac fidei uirtute, ad indulgentiarū euersionem proceditur. Nos enim non culpas, ſed pœnas indulgentiis condonari dicimus. Ergo eſto fides iuſtificaret, adhuc tamen locus eſt indulgentiis, niſi demonſtretur cum culpa ſimil omnem pœnam temporariam condonari, quod nunquam aduersarij praefabunt, cum, nos prima diſputatione, contrarium, & ſcripturis, & ecclesiastica doctrina, & ſanctorum patrum auctoritate & ratione ipſa à natura iuſtificationis ducta, oſtenderimus.

NVLLIS, aiunt, ſcripturis indulgentia probantur, ergo ſunt Pontificum auarorum fraudes. Respondeamus primò id falſum eſſe. Nam ſanctæ ſcripturæ locis oſtendimus, remanere poſt iuſtificationē temporarias pœnas. oſtendimus deinde ex eadem, eis pœnas eſſe condonabiles. oſtendimus tertio, eſſe aliqua media accipiendi earum condonationem. quartò, indulgentiarum ſuceptionem eſſe unum ex iis mediis. quintò, eſſe in eccleſia à Christo eis confeſſori potestatem. ſextò, eam potestatem in omnibus quidem paſtoribus aut Episcopis communi ratione, in Petri autem ſuccelforibus excellenti quadam ac peculiari. septimò, eam potestatem, non modò circa uiuorum pœnas temporarias ex iuſti-

G g ficiatio-

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

ficatione reliquas, sed circa mortuorum quoque, qui non dum ad cœlestem fœlicitatem peruenissent. octauò tandem clariſ apertisque rationibus, quales profecto in aduersariorum scriptis quoties ecclesiasticam doctrinam adoruntur, desideramus, patefecimus, esse in ecclesia thesaurum quendam spiritualiū satisfactionum, quibus eadem ecclesia, quasi mater pia ex publico ærario, per suos ministros præcipue ue- rò per Romanum Pontificem, qui in hac parte sicut & in reliquis omnibus plenitudinem habet potestatis, pauperū suo- rum penas temporarias & cruciatus compenset.

INDULGENTIAE sunt res nouæ in ecclesia. Responde- mus, id falsum esse, nam indulgentiarum usum ab ipsis Apostolicis sæculis usurpatum, & Pauli & multis sanctorum patrū monumentis ostendimus. Non enim aliud arbitramur indulgentias conferre, quam id, quod illi pacem dare, aut pœnitentias à pastoribus iuxta clauium potestatem, non tan- tum in disciplina ecclesiastica conseruationem, sed in ueram pœnarum post iustificationem permanentium, remissio- nem impositas, aut iuste imponendas, condonare uocabant. Eam autem condonationem, non modò in ecclesiastico fo- ro, sed in diuino etiam ualidam semper creditam, cum sit opus illarum clauium, quarum potestatem Christus testatur in celo quoque, id est, in diuino iudicio quemadmodum & in terra obtinere, haud obscurè probauimus. Nam hunc indulgenti poenas consuetudinem effectum fuisse illius diuinæ potestatis hominibus tradita (ut antea docuimus) Cyprianus cum omnibus Africanis Episcopis, ad Cornelium scri- bens manifestè testatur. Admittebantur deposita contumacia peccandi que rebellione peccatores in ecclesiam, id est, in Christianorum confortium, sed nunquam nisi uniuersa pœna condonata, pax illis dabatur, neque in sacramento- rum admittebantur contubernium, nisi suscepta indulgentia. Donabatur denique perfecta pax aut indulgentia in ipso mor- tis transitu, non profecto alia ratione, quam ne Christiano- rum animæ, eis pœnitentiis, quæ ob præcedentia delicta à pastoribus impositæ fuerat, nec tamen eas integrè persolue- rant, diluendis purgatoriis accerrimis cruciatibus detine- rentur.

Quarta
hereticorum
ratio.
In 4. sen.
& 6. di-
sputatio.

Liber. 1.
Epist. 2.

Disputatio nona.

118

rentur. Sed de his antea, satis multa tradidimus.

DE INDE, si nouus eset, indulgentiarum usus, ut hæ- retici garriunt, nihil tamen referret, dum earum tribuen- darum antiquam esse in ecclesia potestatem, inficiari non pergent. Nam eam potestatem à Christo Petro & Apostolis exhibitam, quinta disputatione euidentibus scriptura locis & quales in fabulis, quæ nobis obtrudere moluntur, com- probandis desideramus, euicimus,

SCIVNT deniq; nostri hæretici quam sint debiles huiusmo- di ratiunculae, quæ ecclesiasticorum rituum nouitati nitun- tur, cum & in cæteris humanis rebus consequentia non ua- leat, huius aut illius rei non meminerunt uetusiores, ergo ea notha est aut spuria. Nam hac ratione neque in artibus neque in disciplinis aliquod nouum inuentum fuisset admitten- dum. Non ergo nouitas rerum aut dogmatum est damnanda, sed an illa principiis artis aut disciplina conueniant, est aduertendum. Habemus sanctas scripturas, quæ non sunt tam Christiana religio aut fides, quam fidei aut eiusdem Christianæ religionis principia; ex quibus semper magis ac magis eluentibus, uaria Euangelicæ ueritates prioribus sæ- culis incognitæ, quotidie eruuntur. Multa profecto præcla- rá posterioribus ingenii elucidantur, quæ prioribus quan- tuncunque illustribus incognitæ fuerunt, quod omnes artes ac disciplina demonstrant: immo & ipsi aduersarij dum contra ueterum placita mores ac consuetudines hodie comminiscuntur. Nondum erat ueteribus scripturarum pelagi glacies perfracta, præsertim sancta quadam uitæ sin- ceritate circa uitæ Christianæ actiones occupatis. amat ho- die quoque Christus ecclesiam suam & fouet eam, ex eaq; quemadmodum & olim filios suscepit, qui in lege Domini moditæ die ac nocte, magnam eidem ecclesiæ & scripturæ lucem afferant. Hodie quoque si non Apostolos (quod ni- nisterium fundandæ tantum ecclesiæ necessarium erat) sal- tem quosdam dat prophetas, qui abstrusos sensus scriptura- rum exenterent, quosdam doctores, qui nouas quidem do- trinas, sed eisdem scripturis cōsonantes, populos doceant. Quod si priores ecclesiastici patres quasi filij primogeniti

Gg ij om-

2. Dilatio.

A. 16.

De pan. &
rem. c. eum
exto.

omne robur spiritus acceperunt, licet nobis tamen post eos, uel spicas aliquas ab illis omislas legere. Prorsus enim uero, non paucas post Christi ascensionem annos, incognitum erat Apostolis, gentes esse cohæredes & comparticipes Iudaici populi in Euangelica gratia, nec à Christo præceptū aut exemplum habuerant admittendi easdem, immo contrarium præcepisse, & docuisse uideri poterat, cum, & Cannaneam non selen tantum quasi canem, sed expressis uerbis etiam addidérat. Non sum misius nisi ad oues quæ perierunt, dominus Israel, non tamen ob id gentium earundem admissio ab eisdem damnatur, sed scriptura, quam illucusque nonduni perceperant, cognita & intellecta, Visum est, aiunt, spiritui sancto & nobis, &c. Idemque in reliquis ecclesiasticis sæculis accidisse uidemus, in quibus, tantò in sanctarum scripturarum cognitione, magis proficit ecclesia, quātò, ad prouectiorem æratem adolefcit, non itaque magnopere mirandum, si ex Christianæ religionis principiis perfectius cognitis, plures ad eandem religionem pertinentes eliciantur conclusiones, nisi id etiam in reliquis humanis disciplinis mirari liceat. Neque est mirandum si ecclesia in matura ætate, plura quām in infantia aut iuuentu intellecū consequatur; neque est mirandum si post tot sæculorum studia, quibus in lege Domini meditatur die ac nocte, plura nunc, quām olim cum sanctornm scripturarum tyrocinium ageret, mente percipiat.

I N D Y L G E N T I A eneruant ecclesiasticam disciplinam, dum opera bona earum confidentia non ut olim coluntur, dū enim homines se iam à pœnis credunt absolutos uniuersa pietatis opera frequentare non pergunt. Respondeo. Et si indiscretæ, idest, quæ intolerabilem dispensationis errorem continent, indulgentiæ, ut optimè Innocentius ait, ecclesiastici de pœnitentia disciplinam eneruent, prudentes tamen, tantum absunt ab eo crimine, ut nihil magis ad bonorum operum culturam, internamque animi pietatem alliciat. immo hoc adeo uerum est, ut fuerit quorundam ueterum Scholasticorum opinio, ut narrat Albertus, indulgentias nullum quidem habere ualorem, sed esse pias quas das.

Albert. in 4.
sent. d. 20.
art. 17.

das fraudes, quibus ecclesia quasi quibusdam, illecebris ad animi deuotionem, honorumque operum fructus præstandos prouocaret. quam sententiam Martinum Lutherum antequam omnino in hac parte desiperet, approbasse legimus, dum doceret indulgentias esse pias fraudes fidelium. Sed Alberti uerba referre præstat in ea quæstione, qua interrogat, an relaxationes (sic enim indulgentias eius sæculi more uocat) ualeant aliquid &c. Respondeo, inquit, dicendum, quod tres opiniones antiquitus fuerunt circa indulgentias, quidam enim dixerunt indulgentias omnino nihil ualere & esse eas piani fraudem, qua mater decipiendo pueros suos prouocat ad bonum, scilicet peregrinationes, & eleemosynas & auditum uerbi Dei & huiusmodi. & dederunt exemplum de matre prouocante paruulos, ad ambulandum, quod utile est, paruulis & infine uiuæ promittit ei pomum. haec tenus Albertus. eademq; sententiâ Guiliel. Altisiodoren. & S. Th. rēcitant, & elidunt. Longè ita isti aberant, ab aduersariorum, immo & quorundam nostrorum imprudentissima quærela, qui bonorum operum penuriam in confidentiam indulgentiarum conferunt. Immo uero mihi plusquam certissimum est, hodie nihil magis in Christianæ uitæ cultura Christianos continere, quam indulgentias, dum sancta quædam prodigalitate, mater ecclesia socordiam nostram spiritualis ac Deo placidæ cuiusdam auaritiae stimulis, ad internè & externè rectè operandum prouocat. Videre est Christianas plebes quanta animi pietate ea Christiana opera præstet, quibus spirituale aliquod lucellum, idest, indulgentia aliqua adiuncta est. Corruisset (ut ego non sine apertis magnisq; rationibus suspicor) in tanta uiciorū illuione omnino Christianæ uitæ studium, nisi in id temporis diuina clementia sanctas has pietatis illecebras nostræ infirmitatis pelliciendæ gratia reseruasset. Quamobrè si primis illis atatibus, quando integer uigor erat operædi nullum indulgentiarum usum depræhenderemus, non fuisset nobis magnopere mirandum, nisi diuinæ sapientiæ quæ omnia suauiter dulciterque disponit, prouidentiam nostris sensibus metiri uelimus. Illi (qui eorum erat spiritus uigor, dicebant, Certus sum, quod neque

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

Roman. 8. neque mors, neque uita, neque instantia, neque futura, &c. separabunt me à caritate Christi: reliquorum temporū Christiani, decrescente feroore illo spiritus, quo Deo propter Deū seruiebant, satis est si dicant, Inclinaui cor meum ad facientes iustificationes tuas in æternum, propter retributionem.

Psal. 181. Est tamen inter nos & medijs temporis, quod inter nostrū & illud Apostolicum, præcedenti disputatione ponebamus, homines, magnum discrimen, illi enim quamvis ab Apostolica illa perfectione cecidissent, cum adhuc sancti spiritus robur non amississent, ob cœlestes thesauros in cœlo iuxta Christi consilium agerendos, ad uberes bonorum operum fructus se se ipsos incitabant. Nos contrà, adeo ab hac sancta auaritia prolapsi summus, ut magnum quid existimemus, si in quocunque felicitatis gradu remissis accondonatis peccatis, in cœlesti illa ciuitate describamur. Itaque collebant illi Christianæ uitæ opera ob merita cœlestesque diuitias cumulandas, nos tantum, ut debitum, quæ teste conscientia, nos contraxisse satis scimus, liberemur, cui operi deseruient indulgentiæ, eadem frequentamus.

2. Dilatio. SED quo pacto quæso aduersarij nobis hanc in indulgentias rationem obtrudunt, cum neque ipsi externorum operum ullam rationem habeant, neque ea ad iustificationem aliquid prodesse doceant? immo uero cum ipsi sua illa fidei confidentia, uniuersa Christianæ uitæ studia pessundederint? Judica obsecro te lector, utri magis Christianam disciplinam eneruent, an qui docent quidem indulgentias penas aut iniunctas aut iniungendas compensare, sed cum hoc docent etiam, ipsas easdem indulgentias ut asequamur, bona opera nos colere debere, dare eleemosynam, uisere templa &c. an qui ita docet uniuersam honiñis iustitiam à fide pendere, ut nullum externum opus exhibere sit necesse? Profectò si sapient, & possibile foret sibi aliquo pacto hæreticos cōstare, nihil magis ex iis, quæ docet ecclesia, ad suam illam, qua unica homines saluari docent fidem fouendam pertinebat, quam dogma de indulgentiis, nam si fide iustificamur, in indulgentiis omnium maximè fides exercetur, cum enim indulgentias accipimus, non hominibus profecto, sed Deo per

Disputatio nova.

120

per homines indulgentias applicant credimus, indulgentia deinde passionis Christi fructus est, nam si permodum auctoritatis donatur, auctoritatem illam hominibus conferri Christus sua passione meruit, si per modum auxilij, idest applicando thesaurum, adhuc multò magis eius passionis fructus, immo est ipsa Christi passio, quæ in indulgentia peccatori habentis auctoritatem ministerio applicatur. Docent aduersarij uerbo Dei fidem conciliati, fidemque deinde iustitiam tribuere. Cur ergo hanc etiam uirtutem huic uerbo Dei. Quodcunque solueris super terram solutum erit & in cœlis &c. aut huic. Quæcunque alligaueritis super terram alligata erunt &c. non tribuent?

QVIN si rectè aduersarij doctrinam expendamus, nihil illi magis agunt, quam uniuersis, quos sua doctrina deceperunt, indulgentias tribuere. nisi quod nescio, qua auctoritate, easdem semper plenarias concedunt. Illi profectò sunt, qui licet peccatorum confessionem necessariam non iudicent, claves tamen, idest, absoluendi peccatores potestatem inficiari non audent: hanc enim absolutionem non aliud arbitrantur, quam quoddam Dei uerbum, quo non iam generaliter, ut in publica uerbi Dei propositione, sed particulariter, peccator de peccatorum remissione per fidem fit certus. Quid ergo? an hoc non est indulgentias tribuere, cum poenam omnem & culpam, quasi Dei ministri remissam denuntient? hoc tamen mihi discriminis interesse uidetur, quod apud nos non omnes sed Pótifices, apud illos contrà, quicunque rabula (si diis placet) auctoritate plusquam diuina, indulgentias distribuit. Deinde nos, opera aliqua pietatis imponimus, illi contra solam temerariam quādam confidentiam: nos non rebellibus peccatoribus & qui adhuc in sceleribus detinentur, eas condonamus, sed iam iustis, illi contra, iis etiam, qui cum furta, rapinas, scorta &c. dimittere nunquam animum induixerint, naturam & peccatum in sua adhuc carne permanentem accusant. Itaque non habent aduersarij cur nostras indulgentias ecclesiasticam disciplinam eneuare causentur.

INDULGENTIAE dantur pro ludicris causis, & tanto 6
beneficio

beneficio indignis. Nam plerunque ob unam salutatatem angelicam ingens annorum numerus, immo indulgentia plena tribuitur, & quod est ridiculum, una purgatorij anima ab ingentibus cruciatibus eximitur.
Responso. sariis respondeo, hoc argumentum non indulgentiarum nullitatem; sed dantum abusum probare, quæ argumentandi ratio eis est familiarissimæ. cum tamen abusus rem non tolli sed emendari postuleret. Sed uideamus, an hic sit huius potestatis ecclesiasticae abusus, quod tamen & scriptis & uerbis inter nos etiam quidam, fortasse non satis aduententes quid dicent, aut de quibus loquerentur, nostra præcedentique memoria docuisse uidemus. Scio inter scholasticos autores in 4. senten. distinct. 20. de iusta conferendarum indulgentiarum causa, uariam esse sententiam: quos imitati iuris canonici periti, Innocentius, Abbas, Ioannes Andreas, Raimundus &c. de hac re uaria quoque senserunt. Scripsit plura parentum memoria, Hadrianus Pontifex in 4. senten. tractatu de clauibus; multa Ioannes Gerson tractatu quoque de potestate clauium, multa demum caietanus ac reliqui, docti uiri qui post illum de indulgentiis scripserunt. Verum omnes eorum in hac parte sententiae, ad tres tantum reduci mihi uidentur. Sunt, qui adeo externum aliquod opus, pro quo indulgentia conferatur expostulent, ut nisi id eidem indulgentia iusta quadam aestimatione atque commensuratione respondeat, nihil conferri putent, Sunt contra. qui ab hac sententia, quod ea non tam indulgentias, quem penitentiarum commutations uideatur describere, in aliud extremum recedentes, omnes. & quacunque causa collatas indulgentias, ualidas arbitrentur: sunt deniq; quibus cum nec prioris sententiae rigor, nec posterioris licentia nimia placeat, media quadam uia incidentes, neque iustum illam aestimationem putent necessariam, neque contra fine rationabili aliqua causa, indulgentiarum collationem ualere decernant. Priorem illam sententiam apud nonnullos uetusiores Theologos celebratam inuenio. nam cum eo saeculo nondum indicendi graues illas publicas aut priuatas penitentias evanisset consuetudo, ac perinde, ut plurimum,

rimum, indulgentiae tantum de iniunctis tribuerentur, ipsa ecclesiasticae disciplina ratio adhortabatur, ut non sine aliqua iusta compensatione, indulgentiae (aut ut illi loquebantur) penitentiarum relaxations, donarentur. Vnde cum beatus Frâscus ab Honorio pontifice indulgentiam plenariam omnibus suam ecclesiam ingredientibus, absque eleemosyna aut altero quoquis extrinseco opere postularet, iuxta eorum temporum consuetudinem, ab eodem Pontifice responsum accepit, indulgentiam non posse conuenienter obtineri nisi ab eo, qui per aliquam eleemosynam manus adiutrices porrigeret. Qui indulgentiam, inquit, accipit, oportet, quod ipsam mereatur ponendo manus adiutrices, &c. Loquebatur Pontifex non absolute, sed de eius temporis consuetudine, qua uix imposita penitentia, indulgentia aut relaxatio, absque alterius boni compensatione dabatur. id autem bonum ut ex Burchardo colligitur, ut plurimum eleemosyna erat, qua pro ieunio pauper alebatur, &c. Erat autem illis saeculis praesertim in Italia, quæ tot gentium barbararum grassationibus penè fuerat excisa, refectio & restauratio templorum sacrosancta, & quæ sola pro eius saeculi pietate, post expeditiones terræ sanctæ, donandæ peccatorum indulgentiae, idonea causa iudicaretur: unde manus adiutrices appellabant eleemosinas, quæ in templorum reædificationibus insumbantur. Secunda illa sententia, quæ in largiendis indulgentiis solam Pontificis uoluntatem requirit, iuris prudentes quosdam autores habuit, qui peccare quidem Pontificem fatebantur, dum prodiga manu ecclesiasticos thesauros profunderet, tenere tamen donationem post factum, ut in reliquis bonis ecclesiasticis temporalibus solet accidere. Tertia tandem eorum Theologorum est, qui post priores illos emiserunt, quo tempore iam ecclesia paulò benignius ecclesiasticos thesauros in pauperum suorum finis incipiebat effundere. Vnde cum paruam illam eleemosynam, aut alterius generis externum laborem, propter quem donabatur indulgentia, nullo pacto tam ingenti beneficio cōmensurari posse uiderent, à priori illa sententia solo ecclesiastico usu retracti, docere cōperunt, non tam in conferendis indulgentiis cau-

*Vide sup.
disput. 4.*

*Secunda se
tentia.*

*Tertia se
tentia.*

*S.Th. in 4
d. 20 q. 3.
q. 2.*

Hh sam

sam illam, ob quam datur, quām abundantia meritorum ecclesiæ inspiciendam esse. Qui optimè mihi profectò, non tantum pro temporis sui ratione, ut priores illi, sed pro ipsa indulgentiarum natura sensisse uidentur. Nam cum Pontifex, ut præcedenti disputatione docuimus, non uno modò sed triplici indulgentias peccatorum exhibeat, per modum auctoritatis tantum, per modum auxilij tantum, & per modum auctoritatis & auxilij simili, in prima condonandi pœnas peccatorum ratione, causa illa, indulgentiæ, proportione respondens, omnino requiritur, in secunda requiritur quidem, sed non eo rigore eaque iustitiæ æqualitate, qua in prima, in tercia, modò assit aliquis bonus finis in conferente, nullo pacto requiritur. Ratio autem huius discriminis est, quam disputatione præcedenti cum de triplici ecclesiastico sæculo, triplici proinde indulgentiarum usu loqueremur, redidimus. Auctoritate aut potestate ab alio demandata, nemo profectò, sine magnis iustissimisque causis fungi potest, non enim eam in destructionem sed in ædificationem accepit, contraria, publicos thesauros ipsa republica consentiente, in ipsorum ciuium utilitatem uel prodigè uti, præcipue cum inexauribiles iudicantur, cum iustitia non pugnat. Diximus autem hunc, qui nunc condonandis pœnis peccatorum applicatur thesaurū, non Dei sed ecclesiæ thesaurum esse: illic enim quodammodo bona eius paraphernalia, id est, quæ sibi, tū sui sponsi donatione propter nuptias & incarnationis osculum, tum aliorum filiorum suorum laboribus acquisiuit, in aliorum pauperum filiorum subuentiōnem conseruat. consentiente igitur ecclesiæ, & hunc largiorē sui thesauri usum absque ulla commutatione, nō improbante, maximè ob aliquem laudabilem finem, nullo pacto aut in diuinam aut humana iustitiam Pontifices peccant. Atque hinc triplicis illius sæculi in condonandis pœnis peccatorum uenabamur dicrimen. Primo enim, cum sola auctoritate uterentur Pont. & ecclesiastici pastores, non nisi ob grauiissimas causas grauiissimasq; externas compensationes, medio tépore ob medias, ob eleemosynas, manus adiutrices, &c. indulgentiæ dabātur: postremo, quo sola illa cōferendi eas ratio usurpatur, id est, applicatio-

plicatione thesauri aut per modum suffragij, paruissimæ causæ exiguntur. Verùm licet hoc sæculo ut plurimum, paruæ causæ pro quibus donentur indulgentiæ, requirantur, exiguntur tamen semper iustæ causæ, ob quas conferantur, id est, laudabiles fines. Nam neque in reliquis liberalibus donationibus, nisi assit bonus finis, peccatum excluditur, & semper alioqui, ecclesiastici autores, ut rectè conferantur indulgentiæ, bonum aliquem finem postularunt. Alij enim Dei honorem, alijs publicam utilitatem, alijs ecclesiæ exaltationem, ut in expeditionibus in fidei hostes, &c. necessariam dixerunt. Ego uero, nullum inter omnes illas, quas uel prius illud rigiduni sæculum, uel lænius illud alterum, suis indulgentiis prætexuit, eo, quem nunc Pontifices, nostris istis, quibus fruimur, hoc tépore, prætendunt, dignorem & augustiorem inuenio, qui non est aliud, quām totius populi Christiani de uotio ac pietas, ut paulò antea dicebamus. Mirum enim est, quantum uel in frequentandis sacramentis, uel in uitæ Christianæ præstandis officiis, Christianus populus, huiusmodi spirituitalibus lucris alliciatur. eas missas quibus adiuncta est aliqua indulgentia, deuotius audiunt, eas peccatorum exomologeses, quibus aut iubilæum, alterius ue rationis indulgentia aliqua Pontificum beneficio coniungitur, diligentius ac maiore cum animi dolore ac pietate execquuntur, uestiuntur ob indulgentias pauperes, collocatur uirgines, nutritur orphani, ipsum deinde sacratissimum Christi corpus, si eius sumptioni adiungatur indulgentia, deuotius accipitur. & in summa ne multa dicamus, indulgentiarum beneficio fides crescit, spes nutritur, caritas augetur. Hinc iam quanta sit, non modò aduersariorum, sed nostrorum quoque quorundam ignorantia, licebit expendere, qui eas indulgentias, quæ ob decem angelicas salutationes aut orationes Dominicas, ob ecclesiæ alicuius ingressiōnem & similia, tertiam partem peccatorum, aut fortè plenariam indulgentiam impendunt, cachinis excipiunt, tanquam quæ ob leues causas collatæ non sint aliud, quām Pontificum deceptiones: inter quos sunt etiam, qui has indulgentias uanas esse nulliusq; fructus, publicis prædicatiōnibus populis denuntiandum esse scribant. Irrident etiam hi

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

præ sua illa eximia sapientia, ad quam nunquā Pontifices attigerint, calculorum benedictorū, quas coronas appellamus, indulgentias, quasi quæ ob friuolas causas ob unam scilicet angelicam salutationem, &c. indulgentias plenarias aut animas tribuant. Verum hī ipsi magis sunt irridendi, qui cum ueterum theologorum pietatem imitati, ex sui temporis ecclesiastico usū potestatem ecclesiasticam metiri debuissent, leuibus quibusdam rationibus, abducti, non tam ipsum ecclesiasticum usum hæreticorum irrisioñi exponunt, quam uniuersam in hac parte auctoritatem ecclesiasticā suspectam efficiunt. Enim uero, qui decem angelicas salutationes, piē ac cum anima (quantum in se est) iustitia recitatas, aut tēpli deuotum ingressum, indulgentiam cuiuscunque quantitatis aut generis, modo à Pontifice concedatur, obtineri posse negat, idem de reliquis uniuersis, quæ nunc tribuuntur, indulgentiis, est omnino negaturus. Nam si causa, pro qua indulgentia concedatur, proportionata requiritur, duo argentei, qui pro bullis, in quibus plerunq; trecentæ plenariæ indulgentiæ cōtinentur dantur, satis non erunt. Itaq; apud hos θεολογοτάτους uniuersa iubilea etiamq; obiustissimos fines concedantur, confessionalium & bullarum indulgentiæ, quæ plerunque pro tribus numis tribuuntur, mera fascinatioñes Pontificum erunt, idemque de reliquis, uniuersis indulgentiis iudicare licebit. Sed hi partim, dum ex ueterum quo-rundam scholaisticorum, qui ex sui sæculi consuetudine, in quo tantum impositæ condonabantur pœnitentiæ, eas metiebantur, de indulgentiis decernunt, partim dum diuersorum ecclesiasticorum temporum usus ac diuersam rationem indulgentias conferendi non distingunt, partim quoniam rationem pro quæ, & rationem ob quam discernere neſciunt, in huiusmodi opiniones ac placita prolabuntur, Nos itaque uniuersas eas indulgentias, quæ ab apostolica sede deriuātur, siue templorum uisitationibus, siue eleemosynis, siue orationum aut laudum diuinarum recitationibus, nuncupentur, si modo eas cum causa ob quam, idest, cum fine, quem Pontifices ut plurimum intendunt, animi scilicet pietate ac deuotione, conuenire iudicemus, etiam si improportionatissime

mē

Disputatio nona.

123

mē causæ pro quibus, hoc nostro sæculo præsertim, applicentur, legitimas ac ualidas semper arbitrabimur, sufficeretque nobis in hac parte ecclesiasticus usus & consuetudo, quemadmodum & diuo Thomæ, diuo Bonauenturæ, Henrico, Durando ac reliquis theologis, suo tempore, quo etiam improportionatae indulgentiæ concedebantur, suffecit. Neque tam sumus stupidi, ut putemus pro duabus orationis Dominicæ recitationibus, plenariam indulgentiam conferri, tanquam causa pro qua, quæ hodie nisi propter ueterem formam conferuandam, & ut signum aliquod pietatis externum ostendatur, in largiendis indulgentiis attendi non solet, nec debet, sed confertur ob animi pietatem conciliandam & fouēdām, qua profecto nulla potest esse causa finalis, quā hīc causam ob quam appellamus, excellentior. Sciunt Pontifices apud omnes Christianos persuasum fore, nullam indulgentiam temporalem aut plenariam, absque animi iustitia posse accipi, hoc enim uniuersa docet theologia, iustum igitur, immo omnium, quæ offerri potuissent, iustissimum arbitrantur, ob eandem conciliandam & internis aut externis actionibus quærendam, indulgentiam conferre: neque enim huic causæ duo argenti, immo neque scuti aurei, immo uero nec longin quæ peregrinationes conferri possunt. Sciunt deinde Pontifices, frequenti indulgentiarum susceptione, præsertim iuncta animi pietate, ac externi alicuius, quod præcipitur pij operis exhibitione, non modò pietatem promoueri, sed etiam pœnas ac reatus diminui, unde plerunque fieri potest (immō in his, qui eas frequentat, ita credendum est accidere) ut non modò indulgentia, quæ confertur, habeat iustum causam ob quam, sed etiam pro qua. Nam si uerè (ut Christianis omnibus fatendum est) indulgentiæ Pontificum, pœnas temporarias comminuunt & compensant, quanta in purgatorio luenda supplicia eum habere arbitraris, qui ingenti magnificentia ac liberalitate ecclesia, prudenter fruens, triginta indulgentias aut plures uno quoque die sancta quadam auaritia lucratur? Præsertim cū qui indulgentias frequentant, & aliquā proinde conscientiæ rationē habent, haud solutis habentis (quo dicitur) quēadmodum alij peccatores Deū peccatis

Alber. 4.
Sen. d. 20.
art. 18. Ri-
cardus. 4.
d. 20. San-
ctus Th. 4.
d. 20. q. 5.
Hadrian. 4.
iii. 4. &c.

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

tis prouocare, ingentiaque illa poenarum debita contrahe-
re sint soliti? Pristinis illis indulgentiis, quoniam raro pro
magnisque causis tribuebantur, ingentes perinde peccatorum
cumuli purgabantur, contra nostris, quod sint Christianis
omnibus obuiæ paucissima. unde, quanto plus in hac parte
ecclesiastica magnificentia crescit, tanto minores causas pro
quibus, indulgentiae requirunt. Est nostro saeculo ecclesiasticus
thesaurus, quasi fons illæ patens ad purgationem men-
struata ac peccatoris, habitantibus in hac Hierusalé terrestri,
in quo sanctæ animæ in defesso studio se se à culparū & poena-
rū immundiciis comentes, cœlestis alterius Hierusalé thala-
mo se præparant. Ob quam rem, non profecto ingratit Deo,
eius inanibus rationibus beneficia repellendo, sed gratissi-
mi esse debuissimus. Scit enim uero ille, quæ singulis ecclesiasti-
cis sæculis nobis sint necessaria; nouit ipse figmentum no-
strum, recordatur nos eos esse, in quos fines sæculorum de-
uenere, unde non ut robustos illos priorum sæculorum Chri-
stianos, paupertate, persecutionibus, fame, nuditate, &c.
nos ad se attrahit, sed paternis illecebris. Puto ego ingenti pro-
uidetia atq; sancti spiritus impulsione, calculis siue coronis in-
dulgétias additas, quod nimis oratio omnis cù reliquis Chri-
stianis moribus, non penitus excinderetur. unde qui eas irri-
dent, de eadem oratione & de uniuersa pietate Christiana,
malè mihi mereri uidentur, etiam si ob paruissimas exter-
nas causas concedantur. Semper enim ingens causa est ani-
mi pietas & deuotio, quam necessario requirit indulgentia.

Q[uo]d si hi omnino, non modò causam ob quam, sed
pro qua, necessario requiri, in quaruncunque indulgentiarum
collatione contendant, profecto nostris indulgentiis, huius
generis causæ, quam reliquis præcedentibus sæculis, excellen-
tiores prætenduntur. Mos erat olim Romanis Pontificibus,
ob publicas quasdam utilitates indulgentias aliquas distribue-
re, ut propter expeditiones in infideles, &c. quanquam non
semper id obseruarunt, nam stationū Romanarū nulla est pu-
blica utilitas, & tamen eas ante mille annos institutas in præ-
cedentibus ostendimus. idemque iudicium est de reliquis in-
dulgentiis, quas ob solam suscipientium deuotionem, beatus

Grego-

Zach. 13.

Cor. 10.

Disputatio nona.

124

Vide s. Th.
Albertum
&c. in 4.
d. 20.

Gregorius omnium auctorum penè testimonio, templorum
aut locorum quorundam uisitationibus indidisse dicitur.
Nondum uerus indulgentiarum usus eo saeculo inoleuerat,
atq; adeò potius utilitates publicas temporarias, Pontifices,
quam spirituales prætexebant. Nunc frequentissimus Ro-
manis Pontificibus usus est, ob publicas orationes, ob publi-
cas necessitates, grauissimasq; alias causas, etiā nullis impen-
sis, sed gratis ac sine ulla poena quæ deletur, externa compen-
satione, plenarias indulgentias Christianis plebeibus exhibere.
idemque omnino in reliquis indulgentiis particularibus,
quæ aut calculis aut templorum uisitationibus, &c. tribuun-
tur intendunt. Desiderant, omnes, placidis nullisque reati-
bus obnoxiiis orationibus, diuinam iis temporibus iracun-
diā lenire, desiderant multos in tanta peruersorum morum
irruptione reperiri, qui integra animi iustitia, idest, culpa
& poena omni resoluta, pro catholica ecclesia, quæ tot turbini-
bus temptationum concutitur, puras manus ad Christū spon-
sum tollant. Quem uisum indulgentiarum, si ueteres inue-
nissent, hand dubium (crede mihi) frequenter liberaliterq; eas
indulssiſſent. Primo illo saeculo, tantum eius, cui indulgentia
donatur, utilitas, & ecclesiastica disciplina attendebantur,
medio deinde, iis duobus, publica sed temporalis aliqua utilitas
addebat, nostro, cum publicis aut priuatis grauibus poenitentiis,
corrigendi scelera nullus iam sit usus, non est neceſſe in indulgentiarum collatione ecclesiasticam disciplinam
poenitentiarum attendi, in qua re à primi & secundi tempo-
ris Christianis differimus. Utilitatem autem non priuamat
tantum ut primi, neque tempore ut secundi, sed spiri-
tualem, quæ in ecclesia propriè dicitur utilitas, non modò
priuamat, dum per quascunque indulgentias ad animi pie-
tatem prouocamus, sed publicas etiam, dum ecclesiastico
thesauro Christiani homines adiuti, fide in Deum auctiori,
spe uitæ æternæ maiori, quæ profecto ex iis spiritualibus lu-
cris miro modo fouetur, caritate ampliori, dum tam dulcia
Dei beneficia animo repetuntur, quotidianis præcibus Deū
demulcent. Sed iam ad alia.

INDULGENTIAE fabulosæ sunt, nám plerunque mille, duo 7
mille,

F. Michaëlis Medinæ, de indulg.

mille, tres mille, immo uero aliquando centum mille & iis
plures anni per eas tribuuntur. Respondeo id etiam argu-
mentum, non abolendas indulgentias, sed earum formulas
corrigendas persuadet. arguant igitur hoc quoque loco ad-
uersarij ab abusibus ut solent. Sed propter quosdam ~~soporta-~~
~~rēs~~ ex nostris, qui has etiam tribuendi indulgentias formas
irridere solent, uidendum est, an tam sit hæc formula fabu-
loſa, quām hi uolunt: quanquam scio, inter hos esse etiam
quosdam pios ac doctos homines. Ioannes enim Gerson est,
qui non semel docet, per Euangelicos ministros, aduerten-
dos esse populos, ne similes indulgentiarum formulas ueras
credant. Itaque hi neque ueterum indulgentiarum, & no-
strarum differentiam, neque Pontificum in illis elargien-
dis animum percepisse uidentur. Cōferebantur apud ueteres,
immo etiam apud medium illud sēculum, ut plurimum de
iniunctis pœnitentiis indulgentia, unde quoniam annorum
miriades uiuis hominibus indici non poterant, in indulgen-
tiis quoque pauci anni aut dies tribuebantur, totidem nimi-
rum, quot fuerat iniuncti, aut eorum tertia pars, quarta, quin-
ta, &c. quæ partes aliquando erant quadraginta ieunij dies,
aliquando plures, aliquando pauciores, aliquando etiam
annus, &c. nostra; contrā non tantum de iniunctis sed de in-
iungendis, & iis, quæ meriti fūeramus, pœnitentiis, tri-
buuntur, unde cum illæ ceto annorum numero non cōpre-
hendantur, neq; quæ sit earū certa taxatio sciri possit, Pon-
tifices potius diuinæ de nostris suppliciis iudicia, ecclesiastica
liberalitate, copiosoque hoc & inexhauribili thesauro re-
demptionis præuenire, quām tenaci alienorum honorū au-
ritia ecclesiæ filios supplicijs illis diris obiectare decernunt.
Meminerint scriptum esse. Quoniam mille anni antet sicut
dies externa, quæ præterit. Vnde cum quæ sit de illis qui-
bus indulgentia conferuntur in diuinæ iustitiæ iudicio futu-
ra sententia, pœnitus ignorent, neque satis sciant, an anni
etiam post hanc uitam ex Iulij Cæsaris computatione, nu-
merandi sint, prudentissime magnoque consilio, ingen-
tes has annorum numerationes, quibus alioqui certissimi
sunt, ecclesiasticum thesaurum non exhaustum iri, in indul-
gentiis

Dilutio.

Gers. tract.
de direct.
cor confid.
zo, & tra-
flat de po-
test clau-
sium.

Q̄o pafio
ſint accipie
di mille duo
mille &c.
anni qui in
indulgentia
rū formis
ponuntur.

Disputatio nona.

125

gentiis distribuendis confidenter adiungunt. Deinde indulgentia, non modò quæ defunctis, sed quæ in uiuos etiam conferuntur, non tantum pro hac uita, sed pro altera etiam nobis donantur: hac enim ratione mihi Pontifex centum, mille, duos mille, centum mille, &c. annos indulgentia tribuit, ut si fortè præuentus morte fuero, mihi etiam in purgatorio proficiant, annos autem illos purgatorij ex nostris numerare extrema ignorantia est, cum animæ à corporibus separatae, non tempore, sed æuo quemadmodum & intelligentia mensurentur. Iam dicant mihi sapientissimi & philosophicissimi uiri, quot annos æuum capiat? quod si nesciunt, quid ergo prudentissimum ecclesiasticum usum, quem non intelligunt, reprehendunt? Pontifex profectò summa cum prudentia atque spiritus illustratione, cum nulla humana disciplina æui mensuram cognoscat, has ad penas illas compensandas annorum myriadas excogitauit. Et fieri quidem potest (nescio Deus scit) ut millies mille myriadū mensi euiterno respondeat. Itaque hi quemadmodum & alij multi facile damnant, quæ non capiunt. Tertiò, hi neque quid sit annus indulgentia, aut quid sibi Pontifices uelint, cum tot aut tot annos indulgentia tribuunt, cognouisse uidentur. Erat olim consuetudo in atrocibus criminibus, ut in Burchardo, pœnitentialique Romano uidere est, per annos, quadragenias, &c. mensurare pœnitentias, non tamen perpetuò, qui pœnitentias illas suscipiebant, cruciabantur, sed interpositis diebus: tantum enim certis diebus hebdomadæ aut anni temporibus, certas afflictiones sibi præscriptas obire tenebantur, & quantò ad plures annos propagabatur pœnitentia tantò, illa indies leuior erat & rarius obeunda, ita ut aliquando annus pœnitentia diceretur, in quo tantum semel, præter ea ieunia aut Christiana officia, quæ omnibus in commune imposta erant, ieunare aut se macerare pœnitens teneretur. Ex hac ergo consuetudine, annos plures indulgentiarum tribuunt Pontifices, quoniam diuinam iustitiam, ex eadē ecclesiastica consuetudine metiuntur. putant enim non omnino sine multa prudentia, homines in ecclasiastica republica natos & nutritos, ex ecclesiasticis legi-
bus

Ii bus

F. Michaëlis Medinæ de indulg.

bus Deum ; quantum ille status patitur, iudicare dico. autem quantum ille status patitur, quoniam illic nullum locum habent ieiunia aut corporales istæ afflictiones, sed ignis, & diuinæ uisionis temporalis priuatio. Credunt etiam, quod quemadmodum in hac uita mortali, poenitentia prolixiores, quam eius incertitudo breuitasque patientur, imponuntur ; ita etiam in altera illa, non iam mortali sed immortali ac sempiterna. Credūt demum ecclesiastica consuetudine duci, Deum misericordem, non eodem semper tenore a sanctis illis animabus penas reposcere, sed ex ecclesiastica consuetudine, quanto prælixiores tantò leuiores. Sed de his forfasse alias plura.

I N D U L G E N T I A E non sunt necessariae, quoniam sacramenta ad culparum & penarum dilutiones sufficiunt. Respondeo. Sacmenta, ex diuina promissione, quam habent, culpas tollunt directè & perse, penas tantum per accidens & in quantum gratiæ Dei annexæ sunt : atque id omnibus septem sacramentis suo modo conuenit, excepto baptismo, qui per se culpam & penam condonat. Indulgenciarum potestas contrà, per se tollit penas, non item culpas. Oportebat igitur in hac perfectissima status euangelici & chonomia, potestatem aliquam institui, quæ in penas uitatem perse & directè exerceret, quando tot potestates ad culparum remedia instituta erant. Sed de his superius multa diximus. Cum autem siue hic siue illic, diuina sacramenta adiunctam aut annexam promissionem habere dico, nolim te lector carissime, huiusmodi loquendi rationem in eo sensu accipere, quo aduersarij quidam usurpant, ut scilicet ea tantum sint & uocentur merito sacramenta, quæ in ipso uerbo Dei expresso, adiunctam habent promissionem: unde tantum duo aut tria ad summum, quorum gratiæ & efficaciam promissio in Euangeliis explicitè collocatur, sacramenta recipiunt. absit hæretica doctrina. Dico ego diuina sacramenta, adiunctam habere diuinam promissionem gratiæ, quoniam Deus ea ritè suscipientibus, gratiam se daturum repromisit, quam promissionem reliqua omnia opera bona, uoluntaria tamen ac libera, saltem in particulari non habent.

*Aduerte le
ctor.*

non

Disputatio nona.

126

non enim Deus eleemosynæ elargitioni ipso opere operato, ut Theologi loquuntur, gratiam necessario adiuxit. Porro hæc diuina gratiæ promissio, quam habent septem diuina sacramenta in Euangelico statu non ut Lutherani metiuntur, uerbo expresso tantummodo constat, sed etiam ecclesiastica traditione, quæ Christianis omnibus instar uerbi Dei expressi quoque est. Quanquam nō ita simus in hac parte uerbo Dei expresso destituti, ut uniuersa septem Christiana sacramenta in euangelicis & apostolicis scripturis, expressa indicare non possimus, quod auctore Deo, primo quoque tempore ostensuri sumus. Verum hæc de indulgentiis earumque tribuendarum potestate, quæ breuissimi temporis occasio inter alias literarias occupationes suggesit. **I L L U S T R I S-
S I M I L E G A T I P A T R E S Q V E S A N C T I S S I M I ,** grato animo accipite, ac laborem nostrum boni consulite.

F I N I S.

Errata sic emendabis.

Prior numerus folium A. & B. primam & secundam faciem, posterior numerus, quota linea sit erratum indicat.

4 a 37 quo pæsto. 7 b 12 oppernisse. 9 a 37 agere. 15 b 1 diuinitus inficta tertia. 16 a 14 fine. 17 a 22 intorquentur. 19 b 5 directè, 19 a 18 datæ. 19 b 28 remissio. 20 a 8 presentissima. 21 a 7 hæc. 25 b 35 actiones nostras. 30 a 34 cum ex eo sicutque deinceps leges. 32 a 1 propagare. 34 a 34 ut multa. 35 b 20 axiome. 37 a 31 propounderis. 39 b 10 obseruantia sanxit; 40 b 12 agere sit incredibile. 45 a 26 potestas tribuatur. 47 a 14 acceperint. 49 b 2 publicè. 51 b 11 am̄t̄d̄t̄d̄ coris. 55 b 32 etenim, nero. 58 b 11 præceptum prædicandi. 59 b 12 noxias. 60 a 4 unusquisque. 60 a 14 nullus. 66 a 36 necessarium. 69 a 17 per fidia. 71 a 27 dubitandi. 71 b 13 profecto. 76 b 18 obscurè. 80 a 21 ab. 94 a 34 expunge, prius. 95 a 9 pastores acceperunt. 105 b 30 sic dum quis. 106 a 34 propriis. 110 b 28 omnia. 113 a 11 effudisse. 114 a 28 prius ecclesiasticum sæculum. 117 a 1 magis. 118 b 8 quasi ea-rem. 120 a 35 aduersarij. 123 a 27 frequentant.